

QVAEDAM
DE ORIGINE RVSTICORVM DOTALIVM
EORVMQVE
IN PRIMIS IN SAXONIA CONDITIONE.

COLLEGIT
ET
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE
PRO SVMMIS
IN VTRQVE IVRE HONORIBVS
CONSEQVENDIS

D. XXI. APR. A. C. MDCCXCV

H. L. Q. C.

DISPVTA NDA PROPO NIT
IOANNES AVG VSTVS APEL

LIPSIENSIS.

LIPSIAE
EX OFFICINA SOMMERIA.

coll. diss. A
42, 23

Diff. A 142 (23.)



DE
ORIGINE RVSTICORVM DOTALIVM,
EORVMQVE
IN PRIMIS IN SAXONIA CONDITIONE.

PRAEMONENDA.

In iis iurisprudentiae ecclesiasticae partibus, quae incertitudine quadam atque obscuritate haud leui laborant, quarumque expositio hanc ipsam ob causam multis et variis impedita est difficultatibus, locum in primis occupare videntur, quae de rusticorum dotalium, cum origine et natura memoriae prodita, tum conditione, iuribus obligacionibusque in iure reperiuntur constituta. Ita enim iusto saepius accidere solet, ut litium de horum colonorum obligationibus iuribusque ortarum decisio, vel quia nos leges plane destituunt, aut saltem incertos relinquunt, vel quia monumenta non extant, ex quibus de origine eorum et fundatorum consilio iudex certior fieri possit, difficilis fiat, ambigua et controuersa. Quid igitur in eiusmodi causis reliquum est, nisi ut vestigia, quae temporis longinquitas in tanta obscuritate conspicua nobis reliquit, colligamus. In quo qui laborarent, huicque quaestioni, vel maximo eruditionis apparatu, non nihil lucis afferre stu-

A

derent, haud quidem defuere, quorum in numero, ut alios iam mit-
tam, CARPZOVIVS, BOEHMERVS atque ZIEGLERVS in primis ponen-
di sunt, qui scriptis, quibus iura ad ecclesiam pertinentia exposuerunt,
varia passim immiscuerunt, quae ad naturam et conditionem dotalium
explicandam facerent. Id vnum dolendum, ea, quae ab his aliisque
viris doctis hoc in genere fuerint scripta, haud plane rem integrum
exhaustisse. Nec mirum, cum plerique non id spectauerint, ut de dotalibus
in specie exponerent, a) sed modo necessaria de iis pro loci ac tem-
poris opportunitate monerent. Quae vero cum nec leuis momenti
esse, nec ad perlustrandam et exponendam quaestione de dotali-
bus parum facere mihi viderentur, operaे pretium me facturum
esse duxi, si, quae in illorum virorum scriptis de rusticorum dotalium
origine et conditione obuia inueniantur, colligerem, periculumque fa-
cerem, vtrum, legum in primis Saxoniarum ratione habita, conspe-
ctus eorum, quae circa dotales iuris sunt, exhiberi possit. Quodsi vero
hac in re minus felici successu elaborasse, nec omnium expectationi
satisfecisse videar, eo certius virorum doctorum veniam mihi non de-
negatum iri confido, quo plures nec leues difficultates fuerint tol-

a) Haud quidem me fugit, ER-
NESTVM TENZELIVM specia-
lem de dotalibus ecclesiae disputatio-
nem Erf. 1716 confecisse, atque
adeo HORNIUM (Diss. De praefla-
tionibus parochianorum et dotalium) et
CRELLIVM (Diss. de rusticorum do-
talium immunitate a iurisdictione et
oneribus saecularibus, Witteb. 1755.) sin-
gula huius quaestionis capita singu-

lis absoluuisse libellis. Verum ille
(Tenzel.) disquisitionem suam adeo
angustis limitibus circumscripsit, ut
animum supplendi potius excitate,
quam quaestioni absoluendae satisfe-
cisse videri possit. Hi contra licet
egregie partem exposuerint, nihilo-
minus rei integrae exhibendae locum
reliquerunt.

lendae, quoque rarius extent, ac, si quidem extent, inspicienda concedantur monumenta, e quibus dotalium natura atque in primis origo paulo accuratius repeti possit. Sed ut ordine quodam res procedat, ita hac in re versari nobis liceat, vt paucis in vniuersum de dote ecclesiae praemissis, primum de origine dotalium, variisque eorum generibus inde exortis disputemus, deinde obligationes eorum iuraque singularia exponamus, denique, quomodo iurum suorum iacturam facere, vel conditionem suam plane amittere possint, addamus.

§. I.

De dote ecclesiae constituenda.

In dotalium naturam si quis accuratius inquirere, eamque pa-
lo altius repetere velit, non potest fieri, quin vel ipso dotalium no-
mine de eorum origine et natura moneatur. Dicuntur scilicet hi
rustici *dota*les; quam quidem vocem a dote descendere, cum satis ap-
pareat, *dota*les erunt rustici, qui dotem, seu rectius dotis partem
efficiant, quemadmodum ager, fundus aliaeque res in dotem datae
nomine dotalium insigniri solent. Haud vero proprio significatu, qua-
tenus nuptiarum solemne sit verbum, hic dotem dici, verba demon-
strant plerumque addita, ecclesiae *dota*les, siue *dota*les parochiales,
vt nimirum partem dotis ecclesiae datae hi *dota*les effecisse videantur.
Iis quidem temporibus, quibus religionis Christi sectatores tot tan-
tisque vexationibus ab aduersariis aliter de summo numine colendo
statuentibus agitabantur, tantum aberat, vt templis lautoque appa-
ratu sacro vterentur, vt potius loeis abditis et remotis plerumque
noctu conuenirent, ibique sacra religionis mysteria administrarent.
Ex quo vero laetior fortuna iis affulsi, cum scilicet orbis terrarum

domini in eorum religionis societatem, ipsis vexationum turbis magis auctae quam oppressae, recipi ratum ducerent, simul facultas aedes sacras aedificandi iis concessa fuit, b) quibus exstructis sensim sensim que inualuit mos bona et praedia aedibus sacris assignandi, quorum redditus ministris ecclesiae alendis et sumtibus in cultum diuinum sacraque administranda erogandis inferuiren. Ab initio quidem merae voluntatis erat, atque a cuiusuis liberalitate pendebat, vtrum templo nouiter exstructo bona quaedam assignare vellet; successu tamen temporis iuris pontificii interpretes omni aedi sacrae bona necessario tribuenda esse unamini consensu statuerunt. Quam sententiam, clero maxime proficuam, vt eo melius stabilire possent, doctrinam iuris Romani de dote nuptiis propria ad ecclesiam transferre, simileque spirituale quoddam matrimonium inter episcopum et ecclesiam fingere coeperunt, nulla ratione habita librorum sacrorum auctoritatis, qui Christum ipsius ecclesiae *auctorem* mirifice eius *sponsum* praedicant, Hanc vero fictionem, qua pontificii ecclesiam quasi adulteram reddunt, aut certe *duœrðgiæv*, atque ipsa interpretationum deductionumque artifia, quibus crimen adulterii ab ecclesia auellere studebant, prolix exponere, a nobis et consilio nostro foret alienum, in primis cum otium nobis hac in re fecerit, cuius iam supra mentionem fecimus, **CASPARVS ZIEGLERVS**, qui integrum *de dote ecclesiae* quaestionem singulari libello tam praeclare exposuit, vt omnibus palmam praeripuisse videretur. Sit vero illa de ecclesia sponsa fictio inanis, negari tamen nequit ea omnem de dote ecclesiae quaestionem niti. Liceat igit-

b) Constantino Magno hoc beneficium in primis debuisse Christianos, apparet ex **EUSEBIO** *in vita Con-*

stantini, II. 44. vbi eum publicis adeo sumtibus templa Christianis exstrui edicto praecepisse refert.

tur et nobis huic fictioni paulisper immorari, et, quid effecerit, pro consilii ratione breuibus ostendere. Ac primum quidem cum iure romano, vti ex *l. 19. D. de ritibus nuptiarum et l. 7. C. de dote prom.* constat, patri incumberet onus dotandi filiam, eique honestam nubendi conditionem quaerendi, iuris canonici interpretes eandem obligationem ei, qui aedem sacram exstruxit, imposuerunt. Sed multo durior ex iuris canonici principiis est conditio eius, qui templum aedificat, quam qui filiam iure romano dotare tenetur. Sunt enim iure ciuili causae quaedam, ob quas illa patris obligatio dotandi filiam cefsat, nec pertinet dos ad essentiam matrimonii. cf. *l. 20. C. de donatt. ante nuptias.* Sed ex iuris canonici principiis factum illud inter episcopum et ecclesiam matrimonium sine dote ne contrahi quidem potest, nec episcopo prius in exstructionem aedis consentire, neque exstructam consecrare licet, quam dos fuerit constituta. Quemadmodum autem iure ciuili dos eo consilio constituitur, vt eius fructus marito cedant ad onera matrimonii ferenda, ita iuris canonici interpretes, fructus dotis ecclesiasticae ad ecclesiae sponsum, episcopum puta, pertinere statuerunt, vt inde oneribus matrimonii spiritualis — neque enim huic onera defunt — ferendis satisfiat. Pertinent quidem ad haec matrimonii spiritualis onera in primis haec: nimirum custodia et cura ecclesiae sponsae, administratio sacrorum, luminaria, hospitalitas, alimenta ministris et familiae ecclesiae praestanda, instauratio c)

c) Sententia eorum, qui tantam ecclesiae dotem constituendam esse volunt, vt ex ea sarta et tecta servari possit sacra aedes, nititur potissimum *Nov. 67. Cap. 2.* Sed lata est

haec lex eo tempore, quo adeo delectabantur homines templis aedificandis, vt, nisi lege cautum fuisset, verendum esset, ne mox omnis terra mole templorum laboraret. Noluit

· sacrae aedis, iniuria temporis vel tempestatis vi fere corruentis, et omnes in vniuersum sumtus, quos episcopus in officio suo, ecclesiae maritus, erogare tenetur. Tot tantisque sumtibus faciendis parem voluerunt esse dotem ecclesiae, neque ante consecrari d) aedem, quamdos ei esset dicta, stata semper et fixa, quae redditibus necessariis praestandis et nunquam minuendis sufficeret. Iam vero si quaeratur, quae vel quales res ecclesiae dotis nomine dicatae fuerint, omnibus quae circa hanc rem extant locis comparatis, facile colligi potest, ecclesiae dotem in immobilibus solum constitutam fuisse neque unquam bona mobilia dotis nomine ecclesiae dicata reperiri. Cuius quidem rei ratio non paulo altius repetenda videtur. Cum enim bonorum mobilium ea sit natura atque conditio, vt vel vsu ipso consumantur, vel certe temporis et fortunae iniuriis deteriora reddantur, aut plane vsui inservire desinant; ecclesiarum autem earumque fundatorum quam maxime interesset, ne ad tempus solum sufficerent ad conseruandam ecclesiam necessaria, vt potius fundus aeternus adesset, ex quo in perpetuum impensae illae iam supra nominatae redirent: facile est intellectu, bona mobilia, quippe a quibus commoda illa vix, ac ne vix quidem speranda sint, constituendae doti semper minus apta existimata fuisse.

autem pius imperator impia lege saeculi sui religionem inhibere, sed tulit legem illam laudatam, vt religionem aequalium paulo nimis extauagantem finibus iustis circumsciberet, non plane coerceret. Ceterum omnes tituli de ecclesiis aedicandis et reparandis interpretes et commentatores in eo conueniunt, dotem ecclesiae ad instaurationem

aedis sacrae usque iusto latius referri.

d) Loca, quibus haec dotis constitutio expresse iubetur ac, nisi praecesserit, aedis consecratio adeo prohibetur, extant multa, quae vero recensere non est huius loci. Maximam eorum partem exhibit ZIEGLER in *Tractatu de dote Ecclesiae* V. 2—8. et VI. 3. 4.

Hic si quis nobis obiciat id naturae ecclesiae repugnare, cum scilicet extent in ecclesiis mobilia quaedam, quibus deficientibus vix sacra administrari possint, quo pertinent in primis vasa sacra, ornamenta, vestimenta, luminaria et quae sunt reliqua, eaque adeo partem dotis efficere videri, huic obiectioni facile potest responderi. Quemadmodum enim mundus muliebris, quippe qui ad ornatum pertinet, iure ciuili doti non adnumerari solet: ita et res ecclesiae mobiles non tam ad ecclesiae dotem, quam, si metaphoram illam coniugii retinere velimus, ad sponsae sacrosanctae ornatum sunt referenda. Atque si vel maxime largiamur, haec vasa et instrumenta sacra quodam modo dotis partem constituere, nihil minus salua manet sententia nostra, ecclesiae modo res immobiles in dotem dari posse. Etenim haec supplex sacra ecclesiae ita addicitur, ut perpetuo eius fiat, in eaque remaneat, atque sic naturam immobilium induat.^{e)} Sed cum abunde iam demonstrasse mihi videar, modo bona immobilia^{f)} admissa fuisse ad dotem ecclesiae constituendam, paucis iam erit monendum, quae dos ecclesiae constituta sufficiens dicta fuerit, antequam ad ipsam de dotalibus quaestionem accedere liceat. Etsi enim quantitas dotis sufficiens ea haberetur, quae oneribus, quorum iam supra mentio facta est, ferendis par esset ac idonea; attamen, ne nimis arbitrio dotantium res relinqueretur, definita esse videtur mensura quaedam certa, quae

e) l. 32. D. de pign. et hyp. l. 35. §. rerum D. de hered. inst. l. 1. et 2. C. De V. S.

f) Quam necesse fuerit, ut immobilia bona ecclesiis atque in uniuersum piis causis adessent, vel exinde appa-

et, quod Iustinianus Imperator de Xenodochis constituit, ut, si iis fuerint bona non nisi mobilia, venderentur, et ex pretio rerum venditarum fundi et praedia compararentur. vid. l. 49. G. De Episc. et Cler.

sufficiens existimaretur. Cuius rei vestigia reperire licet in medii aei scriptoribus, eiusque temporis legibus et monumentis, vbi saepius legitur, ecclesiae in dotem datum fuisse *unum mansum*. Sic in *legibus Longobardorum lib. III. tit. I. n. 46.g)* haec extat Lotharii regis lex: *De ecclesiis emendandis volumus ut ita obseruetur, ut in capitulari nostro continetur, quod ad Olonam fecimus, et si in uno loco plures ecclesiae sint, quam necesse sit, destruantur.* Quodsi forte in alio loco ecclesia sit constructa, quae tamen necessaria sit, et nihil dotis habuerit, volumus, ut secundum iussionem domini ac genitoris nostri *VNVS MANSVS h) DVODECIM BVNVARIIIS de terra arabili detur, et mancipia duo, a liberis hominibus, qui in eadem ecclesia officium audire debent, ut sacerdotes ibi possint esse, et diuinus cultus fieri.* Quodsi hoc populus facere noluerit, destruantur. Atque idem constituitur in Capitularibus *I. 85. i) Sancitum est, ut unicuique ecclesiae VNVS MANSVS INTEGER absque omni seruitio attribuatur.k)* Iam quisnam fuerit mansus, cum quaeritur, in diuer-

g) apud GEORGISCH in Corp.
Iur. Germ. ant. p. 1232.

b) Legitur plerumque: *vetus mansus c v m duodecim bunuariis.* Sed haec inter mansum et duodecim bunuaria distinctio admodum mira videtur, cum alias medii aei scriptoribus mansus ecclesiasticus intelligatur portio terrae duodecim bunuaria continens, atque ita pleonasmus in his verbis inepte videatur. Sic HINCMARVS T. I. p. 716. *Si, inquit, presbyter habeat MANSVM HABENTEM BVNARIA DVODECIM, praeter coemeterium et cor-*

zem etc. Porro in vetere charta apud BALDRICVM NOVIOMENSEM I. 52. leguntur verba: — — — ecclesiam ipsam in Gentilio, cum ECCLESIASTICO MANSO, HABENTEM BVNARIA DVODECIM de terra arabili. His veterum testimentiis nixus, rectius equidem deleta particula c v m, legendum esse arbitrör: *vetus mansus, duodecim bunuariis*, scilicet constans.

i) apud GEORGISCH l.c. p. 1309.

k) Repetita sunt haec verba in concilio Wormatiensi c. 50. atque leguntur c. I. X. De censibus. Liceat

fas antiqui scriptores abeunt sententias, quas omnes ac singulas recensere et exponere huius loci non esse videtur; certum tamen est, in eo omnes fere medii aeui scriptores consentire: fuisse mansum portionem aliquam terrae, quae per annum sufficeret duobus hominibus — (alii malunt: — *bobus*) ad laborandum. ^{l)} Eiusmodi mansus, qui ecclesiae in dotem dari solitus, atque eandem ob causam *mansus ecclesiasticus* dictus est, continebat duodecim *bunuaria*, ^{m)} seu iugera, atque ab omni censu plane erat immunis, ⁿ⁾ quippe quo immunitatis priuilegio, ut deinceps videbimus, gaudet omnis dos ecclesiae dicata. Nec tamen iusto

simul addere, quod de Carolo M. refert 'AIMONIVS in vita Ludovici Pii V. 10. Volens enim, unquamque ecclesiam babere proprios summus, ne per huiuscmodi inopiam cultus negligerentur diuini, inseruitque praedicto edicto, ut super singulas ecclesias MANSVS tribueretur cum pensatione legitima, et seruo atque ancilla.

^{l)} Plura de mansis differuerunt ZIEGLERVS de dote ecclesiae VII. 34. et DU FRESNE s. v. mansus.

^{m)} cf. nota h. *Bunuarium*, siue vt alii scribunt, *Bunnarium*, *Bunarium*, *Bannuarium*, *Buunarium*, *Bonarium*, *Bonarius* etc. significasse ab initio videtur agri limites, vti docet charta Theodorici, episcopi Virdunensis, ex tabulario S. Vitoni, vbi legitur: *fines et metae quos vulgo bonarios vocant*; dicitur vero etiam agri portio vt iugerum. Vid. PAPIAS MS. ex I

doro: *Bunarij, mensura quaedam terrae ut iugera.*

ⁿ⁾ Repugnari his fortasse videri possit definitio mansi a CVIACIO exhibita ad 1. F. 1. *Mansus est fundus, unde quis se et familiam suam tueri satis commode potest, ac propterca vectigal siue censum domino referre*, et quod veteres dixerent heredium. Sed Cujacius hic ciuilem seu saecularem mansum definire voluit, a quo differt ecclesiasticus, qui, vti diximus, ab omni censu liber atque immunis erat. De hac mansuum ecclesiasticorum a censibus immunitate agit in primis Cap. Car. M. l. 5. c. 45. Ludovici Pii Wormatiense anno 829. c. 4. Caroli Calvi tit. 32. c. II. *Vt de uno manso, ad ecclesiam dato, nullus census, neque cavalli pastus a senioribus de presbyteris requiratur.*

strictius leges illae, quibus de uno manso ecclesiis in dotem largiendo praecipitur, sunt interpretandae, quasi iis circumscriberetur dotantium liberalitas, cum in antiquis monumentis relatum legamus o) duos mansos, quid? quod interdum adeo trecentos in dotem ecclesiis assignatos fuisse. In vniuersum hic modus vnius vel duplicis mansi modo ad ecclesiastas minores p) pertinuisse videtur, cum maioribus plures mansos in dotem datos fuisse vetus historia ecclesiastica doceat. Sic ex diplomate Caroli M. quod extat apud KRANZIVM *Sax.* l. 2. c. 15. patet, episcopali ecclesiae Bremensi septuaginta mansos collatos fuisse; et successu temporis in consuetudinem adeo abiisse videtur, vt episcopalibus ecclesiis trecenti mansi in dotem darentur, id quod testatur HELMOLDVS in *Chronico Slavorum* c. 83. His, ita narrat, prouocatus dux accersuit comitem Adolphum, et habuit cum eo rationem de trecentis mansis, qui oblati fuerant in dotem episcopii, et cap. 87. et subscripsit in dotem Magnopolitanae ecclesiae trecentos mansos, sicut antea fecerat Rasesburgensi et Aldenburgeni ecclesiae. Cum vero haec bona siue mansi ecclesiae non propterea tantum in dotem ipsi dati fuerint, vt in eius essent possessione, sed eum in finem, vt impensa ad onera ecclesiae,

o) Sic legitur in *Cap. Caroli M. de partibus Saxoniae* c. 15. De minoribus capitulis consenserunt omnes, vt ad unamquamque ecclesiam curtem, et duos mansos terrae pagenses ad ecclesiam recurrentes condonent. Apud Saxones igitur moris fuisse videtur, vt saltem duo mansi ecclesiis dotis loco assignarentur, cum, vti in antecedentibus vidimus, aliis in terris vnuus sufficeret.

p) Ad ecclesiastas scilicet; oratoriis enim et capellis non videtur mansus integer in dotem datus fuisse, puta mansus duodecim bunifuiorum. Sic de Capella in Attolae curte refert HINCMARVS Opusc. 55. aduersus Hincmarum Laudunensem, eam non habere nisi de terra arabili bunifuaria septem, nihil de vinea, nihil de prato, vel quidquam de pascuali, sed et mancipium nullum.

quorum iam supra mentionem fecimus, ferenda necessariae inde redirent: non nudi ecclesiis solebant tradi, sed cum instrumento.^{q)} Fieri enim non poterat, vt fæcerotibus et in vñiversum iis, quorum erat sacris administrandis inferuire, relinquetur et iniungeretur onus colendi agros, non quod hisce personis indignum et indecorum esset, sed ne a munere et officio circa sacra auellerentur, et agris collendis occupati nimis distraherentur; quare legibus sanctum fuit, vt ne mansi illi *nudiri* sed *cum instrumento*, siue *vestiti* in dotem ecclesiae venirent, i. e. mancipiis, colonis, supellectilique rustica instructi.^{s)}

q) Mansus *cum instrumento* quidem ecclesiae in dotem assignandus erat, non vero *instructus*. Differant enim maxime hæc duæ notiones, ita vt multo pinguius sit fundum *instrumentum* donare, quam fundum *cum instrumento*. Fundus enim *instructus*, si legatus fuerit, continet ex ULPIANI sententia et *supellectilem*, quae illic fuit, *usus ipsius gratia*, et *vestes stragulas*, *mensas quoque eboreas*, aliasue, in vniuersum omnia, quae *usus causa* in eiusmodi fundo deprehenduntur. v. l. 12. § 27. 28. *D. de instructo vel instrumento legato.* Fundus autem *cum instrumento*, teste eodem ULPIANO, continet ea, quae fructus *quaerendi*, *cogendi*, *conseruandi* *causa parata* sunt. *Quaerendi*, *velut homines*, qui *agrū colunt*, et qui eos exercent, *praepositiue sunt his*, quorum in numero sunt *villici et monitores*, *praeterea boues domiti et pecora sterco-*

randi causa parata, *vasaque utilia culturae*, quae sunt *aratra*, *ligones*, *fasculi*, *falces putatoriae*, *bidentes*, et si qua similia dici possunt. *Cogendi*, *quemadmodum torcularia*, *corbes*, *falcesque messoriae*, *falces foenariae*, quali (quales) *vindemiatorii*, *exceptoriique*, in quibus *uuae comportantur*. *Conseruandi*, quasi *dolia*, licet *defossa* non sint, et *cupae*. vid. l. 8. *D. eod.*

r) Mansus *instrumento* destitutus dicebatur *mansus absus s. apsus*. Vid. NICOL. LE MAITRE. *De bonis Eccles.* l. 3. c. 1. Interdum *mansus absus* idem est, ac terra plane inculta, et *vestito* i. e. culto opponitur. DU FRESNE s. v. *absus* et *vestitus*.

s) Ita plerumque definitur *mansus vestitus*; sed ex eo, quod saepissime non manso *abso* solum, verum in primis *indominicato* opponitur, aliud huic voci inesse significatus videtur, vt scilicet non tam, vti Zieglerus

De his matisis, ecclesiis cum instrumento in dotem tradendis, statuerunt patres, in *Concilio Valentino* anno 855. habitu capite nono de dote constituenda ita praecipientes: *Sed et ipsi saeculares et fideles laici, si condere voluerint basilicas in praediis suis, sicut edictum piiissimorum Augustorum continet, unam colonicam t) vestitam cum tribus mancipiis donationis — alii legunt dotis — gratia eis conferant, moxque episcoporum iuri, et sanctae matris ecclesiae eandem basilicam submittant.* *Aliter vero nos earum consecrationem sciant non impleturos.* Sed nimis hac in re iam versati, missis iam reliquis legum et veterum scriptorum locis, in quibus de

aliisque volunt, significet fundum quemcunque rustica supellectili et colonis, qui eum colant, instructum, quam potius fundum, quo coloni vestiti sunt, ut eum colant suo commodo, canonemue censumue inde domino praestent. Cum vero ecclesiae dicatus erat eiusmodi mansus vestitus, haec loco domini pristini census exinde soluendos percepiebat. Haec quidem sententia certe confirmari videtur, ut iam monuimus, ex opposito mansi indominicati, qua voce mansus significatur, qui usui ipsius domini reseruatur, neque colonis aut emphyteuticariis conceditur, mansus scilicet talis, quem nobiles ipsi sua cura atque suis impensis colebant, et qui propriea sine mansuario erat. Vid. SPELMAN *Gloss. b. v. DU FRESNE s.v. dominicum. NICOL. LE MAITRE de Bon. Eccl. l. 3. c. 3.* Manso indominicato opponi man-

sum vestitum, inter alia diplomata docet in primis id, quo Bruno Archiepiscopus Treuirensis priuilegia Monasterii Munsteriensis confirmavit, apud IOH. BERTEL. in *Hist. Luxemb.* p. 30. ubi verba leguntur: *Dos Ecclesiae mansum unum in dominicatum, et quatuor mansi vestiti, et mons et planities, ab extrema turri castri usque ad aquam etc.*

t) Voce *Colonica*, qua patres concilii Valentini in capite allegato usi sunt, nil aliud significari, nisi quod alias mansus dicatur, saeculi confirmat consuetudo, ex qua promiscuo in usu haec vocabula fuerunt, id quod obseruat BIGNONIVS ad *Marculfi formulas l. 1. c. 30. Colonicam* scilicet *mansum, villam*, et in germanicis monumentis *Hobam* et *Hobunnam*, pro eodem accipienda esse.

mansis vestitis sermo est, redeamus ad nostram de dotalibus quaestio-
nem, in qua tractanda ut facilius et citius possemus progredi, haec de
dotis ecclesiae origine praemittenda duximus, ne disputatio omnis ad-
ditis et ad naufragium usque repetitis explicationibus nimis distraheretur.

§. 2.

De notione et nomine dotalium.

Iam igitur cum de rusticis dotalibus nobis sit differendum, ne-
cessere est, ut ante omnia, quinam sint ac vocentur dotales, paulo accu-
ratius definiamus, in qua notione constituenda valde esse laborandum
vel exinde appareat, quod dotalium genus tantopere variet, ut difficili-
us sit, omnes insignire notione, quae ad omnes eodem iure possit
referri. Quare in hac rei difficultate liceat primum videre, quae
viri doctissimi harumque rerum periti hac de re censuerint, et quae-
nam ab iis circa hanc rem monita maxime faciant ad hancce notionem
accuratius eruendam. Ac CARPZOVIVS u) quidem dotales sic fere
describit, ut sint *possessores bonorum ecclesiastitorum dotalium, sive re-
dituum, quasi dotis loco ecclesiae ad Clericorum alimentationem religiosae-
que domus conseruationem assignatorum.* Nimis angustis limitibus sic do-
talium circumscribi notione quis non videt? cum haec Carpzouii
definitio tantum genus quoddam, haud vero omnes omnino comple-
ctatur, qui hodie sub dotalium nomine veniant. Licet enim sint, qui
affirmare non dubitant, dotales ab origine tales modo fuisse, quales
Carpzouius hic definit, atque ad ceteros, qui hodie ita appellantur,
dotalium nomen sine iusta causa translatum esse; eorum tamen sen-

u) CARPZ. *Iurispr. Consist.* P. II. Df. 307. n. 5. et 357. n. 8.

tentia tam parum firmis nititur rationibus, vt ad definitionem illam sustinendam vix valeat, in primis cum nostra vox dotalium longe latiori sensu occurrat. Iure itaque refutauit Carpzouium BOEHMERVS in *Iure Parochiali V. 2. 23.* vbi haec de dotalibus monet: *Sunt vero eiusmodi dotales in multiplici differentia, quamuis Carpzouius l. II. df. 357. eos exinde solummodo metiatur, quod sint possessores bonorum ecclesiasticorum, et sic ab illis oneribus et seruitiis magistratui debitibus immunes, in cuius immunitatis compensationem parochiae gratis inseruire, ac propterea ad culturam agrorum parochialium operas absque mercede praestare debent, hoc enim genus dotalium olim proprie huc non pertinebat, sed a fundatorum destinatione tales fiebant, quando scilicet praeter dotem certos colonos ecclesiae traderent, ut partem dotis ecclesiasticae consti- tuerent, et illi proprie erant dotales. Prout autem a fundatoribus ad emolumentum ecclesiae parochialis destinabantur, eotenus etiam ecclesiae inseruire tenebantur.* Quae quidem recte monita esse, quisque facile concedet, nisi fortasse incertus dubiusque fluctuet, qua ratione motus doctissimus vir eos, qui ob bonorum ecclesiasticorum in primis dotalium possessionem seruitia ecclesiae parochioue praestant, dotalibus annumerare dubitet? Eandem fere sententiam cum Boehmero defendit ZIEGLERVS. *w)* Hic enim contendit dotales ab origine fuisse eos, qui tanquam mancipia cum agro siue manso ecclesiae traderentur. Idem vero addit hos dotales hodie rarissime ac fere nullos superesse, et quamvis dotalium nomen adhuc in usu sit, ac quandoque etiam illis tribuatur, qui quovis titulo ecclesiastica praedia possideant, aut leuissimum aliquod et exiguum seruitium parochio praestent, aut cen-

w) ZIEGLER l. c. IX. 52.

sum tantum aliquem satis tenuem saepe et parca manu soluant; id tamen abusue fieri, et dotalium nostri aeui conditionem plerumque maxime differre a pristina eorum ratione, neque ob monumentorum defectum discrimen recte statui posse, quod intercedat inter vere dotales, et eos, qui alio quoconque titulo ecclesiae adscripti fuerunt Quae cum ita sint, x) vix dubito, quin quilibet iudex aequus mihi si condonaturus, quod notionem tam amplam malim uberior exponer quam accuratius et strictius definire, in primis cum in ea definitione, quam legalem dicere possimus, quippe quam exhibet *Art. gen. 27.* aequo minus ac in supra laudatis acquiescere possimus. Verba huius articuli haec sunt: *Dieweil an etlichen Orten von den löblichen Vorfahren, alten Herrschaften oder Collatoren zu denen Pfarren Dotales, d. i. Dienst oder Frohn Leute verordnet, auf dass die Pfarrer Leute zu Diensten haben, und ihre Güter desto geruhiger und besser bestellt können, u. s. w.* quam quidem definitionem non omnibus numeris absolutam esse, sed modo de iis dotalibus loqui, qui ad agros ecclesiae colendos a maioribus sint constituti, non vero de iis, qui intuitu praediorum ecclesiasticorum, quae possident Canonem tantum censumue, ecclesiae aut parochio praestare teneantur, et statim apparent, et doce

x) Fortasse neque Carpzovii neque Böhmeri dotaless primitus tales fuerunt. Rectius ii hoc nomine insigniti esse videntur, qui *cum bona sua* ecclesiae a dominis addicebantur, cuius rei exemplum refert GOLDAST. in *Ant. Alamann. tom. II. p. I. n. 42.* *Dono vobis, donatumque in perpetuum ut permaneat esse volo*

— — *seruum meum Nbideng et uxorem eius Bruna et CVM OBA SVA et cum omnia, quo vestiti sunt, et alium seruum meum Wolfbarium, cum uxore sua Arane, cum oba sua, et cum omnia, quo vestitus est.* — *Obam autem siue bobam mansum significare docet Bignonius.* Vid. not. 1.

probauit ZIEGLERVS l. c. IX. §. 53. Curatius naturam dotalium in primis in Saxonia expressam legimus in rescripto d. d. 18. Jun. 1741. in causa derer Pfarr Dotalen zu P et I. contra C. R. de L. ad Consistorium Lipsiense missum, quod KVSTNERVS ad Deylingii prudentiam pastoralem p. 251. his verbis exhibit: Hieraus aber, und denen mit eingesendeten actis nicht zu ersehn gewesen, dass die Kirche an derer Klägere Güthern jemals ein Eigenthum erlangt, oder ihr solche in dotem gegeben worden, weniger dass die Klägere mit Lehn, Gerichten, Zinsen und Diensten der Kirche oder Pfarrern verwandt, mithin deren Güther vor eigentliche praedia ecclesiastica, und Klägere vor wirkliche Pfarr Dotaln (nicht) zu halten; e quibus verbis colligi posse videtur, conditionem dotalium rei proprie, non personae inhaerere. Sed de notione dotalium haec sufficient. Restat, vt quaedam de nomine dotalium, quo in monumentis insigniri solent, adiiciamus. Vocantur scilicet hi rustici germanice Pfarr Dotalen, Pfarr Bauern, Dienst und Frohnleute et Wiedums Leute, sive Wiedemuts Bauern eadem ratione, qua latine dotales dicuntur. Descendit nimirum vox illa à verbo *widemen*, quod significat dotare matrimonialiter, et deinde sensu translato dotare ecclesiasticum y), cuius verbi origo iterum repetenda esse videtur ab antiqua voce *Widimo s. Widem*, quo dotem coniugalem expresserunt z) et deinde mutarunt in *Widemut* seu *Widum*, id quod in stilo curiae *Wittum* voca-

y) Sic in diplomate anni 1417. legitur: *daz be eynen nuiven Altar machen fall — unde dottyren unde wedemen, mit fulcken erbeguden tzinsen etc.* in Annal. Hass. Coll. V, p. 64.— et in diplomate anni 1358. den Altar

senti Blasii — gestiftet und gewedemet haben, und an diesen ofnen Briefe stiftien und wedemen.

z) Conf. GRVPENII Vxov Theotisca p. 45.

tur. a) Denique simpliciter atque in specie voces *Widemut*, *Widem*, *Wedem*, *Widme*, et aliae his similes denotant dotem et mansum ecclesiae. b) Hac significatione speciali occurrit apud IO. KAMPRADIVM in Chronico Leisnicensi p. 346. *Bey der Kirchen Visitation anno 1622 wird die Besoldung (des Pfarrers) also gesetzt: Haushaltung. Sechs oder sieben Kühe kann er führen, muss dazu drei Gesinde miethen. WIEDEMUTH*, darauf hat er *Wiesewachs für sein Vieh und zwei Akker Holz*. Similiter in Annalibus Goerlitzenibus Mff. CHRIST. GABR. FVNCCII legitur: *Anno 1500 hat Iohannes Böhm, alter Pfarre zu Görlitz — sein Pfarr Ampt mit Martino Fabri oder Schmidt, mit seinen Thumereien, die er zu Breslau, Glogau und Budissin gehabt, ausgewechselt — der ihm anstatt der Pfarre zu Görlitz mit dem Hoffe, Widemuth Lehn auf den Dörfern — — eingeräumt.* Praeter haec extant alia quaedam dotalium nomina, quibus singula eorum genera nonnunquam significantur, quorum infra suo loco mentio facienda erit.

a) HALTAVS s. v. *Widem*' opinari videtur, vocem *Widum* primitus non significasse dotem coniugalem, nec translatam deinde esse ad ecclesiae 'dotem, sed potius 'rem inuersa se habere ratione. Assert scilicet locum ex iure Wursato Fris. in PVFFENDORFII Append. Vol. III. Observatt. iuris p. 88. vbi ita legitur: *datb is de rechte Wedeme bynnen de veer steene, also verne, also de sprengell*

vnd de weygelquaſt datb begudt, vnd de Bisbop datb geweygedt heft; ex quo loco coniici posse putat Widom siue Weidom proprie fuisse locum asperſorio episcopi consecratum (a weiben, consecrare, et dom seu tum, potestas, dominium), postea vero translatum id fuisse ad alia bona, vsibus etiam saecularibus destinata.

b) Sic *Thesaurus BE SOLDI* habet *Widum pro manso.*

C

§. 3.

De origine et diuersis generibus dotalium.

Expositis iis, quae de nomine dotalium vocisque notione dicenda fuerunt, iam de origine dotalium quaerendum erit, nec non de variis, quibus differunt, speciebus generibusue disputandum, cum, uti saepius admonitum est, plures dotalium reperiantur species, quarum fere quaevis vel ratione originis discrepet. Etsi autem non certissime tempus definiri potest, quo dotalium nomen inualescere coepit; ad veri tamen speciem accedit, hominum illorum conditionem repetendam esse ex eorum temporum memoria, quibus publica auctoritate templa et sacras aedes Christianis condere concessum fuit. Sunt enim antiquissimi temporis leges, quas supra laudauimus, quibus officium dotem constituendi c) ecclesiarum fundatoribus iniunctum, simulque cautum fuit, ne nuda, sed cum instrumento dicaretur. Atque huic mori, addendi ecclesiae doti homines quosdam, qui plerumque *mancipia* vocantur, dotales nostri quoad partem originem suam debere videntur, quod praeter leges, quarum mentionem iam fecimus, plura monumenta antiqua satis probant. Sic in *charta Caroli regis, de tessone Bosonis comitis anno 877 conscripta* d) haec leguntur verba: *Damus ibi duos mansus et dimidium in loco, qui Lericum dicitur, aeterna firmitate largimur, cum mancipiis, quae his annotantur vocabulis:*

c) Antiquissimum iuris Canonici monumentum, quod huius rei vestigia prodit, esse videtur fragmentum epistolae *Gelasii papae*, qui vixit circa annum 492, quod a *Gratiano* c. 16. qu. 7. his verbis refertur: *Piae men-*

tis — hanc igitur — ex more conuenit dedicare collato prins donatione solemnis, quam ministris ecclesiae destinasse, prafati muneri testatur oblatior. etc.

d) apud NICOL. CAMVZAT. in *Antt. Eccl. Tricassinae*. p. 22.

Petrus, Eidricus, Ardearius, Flogerius, Ingrefridus, Tordericus, Ioscius etc. etc. Porro in Traditionibus Fuldenibus, l. I. c. 25. Wilibaldus episcopus monasterio Fuldensi haec dotis nomine legat: *in supra-dicto loco nouem trado colonias* (hoc sunt Hobunnae) *integras, cum omnibus adiacentiis et finibus suis in ariulis, in terris arduriis, in siluis — molinariis, mancipiis, cum omni supellefili eorum.* In utroque loco reperimus itaque *mancipia*, i. e. homines seruili conditionis, vna cum dote ecclesiis traditos, eo sine dubio consilio, ut praedia, quae dotem efficiebant, colerent. Ac ne id quidem solum, ipsos adeo seruos cum *hoba sua*, atque omnibus opibus, omnique familia, dotis loco ecclesiis dicatos fuisse, ex nonnullis probari potest monumentis, cuius rei illustre exemplum extat in GOLDASTI Antiquitatibus Alamannicis Tom. II. p. I. n. 42, vbi haec fere leguntur: *dono vobis, donatumque in perpetuum ut permaneat esse volo, — — quicquid in istas villas visus sum habere, pecuniis, mancipiis, casis, casatis, campis, pratibus, syluis, aquis, aquarum decursibus, ad integrum a die praesente trado vobis, et seruum meum nomine Nhideng, et uxorem eius Bruna, et cum oba sua et cum omnia, quo vestiti sunt, et alium seruum meum nomine Wolfharium, cum uxore sua Arane, cum oba sua, et cum omnia, quo vestitus est.e)* Vti autem vna cum dote plerumque tradebantur ecclesiae exstruenda serui, ut vel fundum in dotem datum colerent, vel cum *hoba sua* dotis partem efficerent, ita etiam ecclesiis iam exstructis saepe donati sunt ab ipsorum dominis serui, qui census vel operas, antea domino praefandas, postea vel ecclesiae

e) Insignis hic locus in primis propterea videtur, quia hi *mansuarii* expressis verbis a *mancipiis* distin-

guuntur. Horum enim iam supra donans mentionem fecerat.

soli, vel huic et pristino domino simul, praestare tenerentur. Intendum enim eiusmodi donatores donationem, ecclesiae factam, limitibus quibusdam circumscribebant, ac quasdam seruorum donatorum operas sibi reseruabant, quam donationem, si placet, limitatam dicere poteris. Prioris, puta donationis nullis limitibus circumscriptae, exemplum affert MARTINVS CRYSIUS, in *Annal. Sueu.* l. 4. p. 3. his verbis: *Wir Graffe Ulrich von Berge, genannt von Schälkelingen, und wir Graffe Henrich, sein Sohn, verjehn an diesem Briefe, und thun kund allen den, die Ihn ansehen, oder hören lesen; dass wir Gutun Baldesholtzes seligen Tochter, Eberhards Sohnen Wirtinn, und ihr Kind und Nachkommen erblichen haben ingegeben, uffe unser Frauen Altar zu Lorch zum Kloster, ledeklich und frilich: und haben uns verziehen, und verzeihen uns an diesem Brief aller Ansprache, beider geistlicher und weltlicher, für uns und für unsre Nachkommen, die wir sollten, oder möchten haben, umb die vorgenannte Gutun und ihre Nachkommen u. s. w. anno 1313.* Et aliud recentioris temporis exemplum exhibit ZIEGLERVS ex matricula Confessorii Wittebergenis de anno 1555. sub rubr. Paserin, his verbis: *Peter Standfeste ein Hüfner, ist von unserm gnädigsten Herrn mit aller Gerechtigkeit der Pfarre zugethan — — gibt jährlich 24 Scheffel Korn, 24 Scheffel Haber, — und dienet der Pfarr nur allein, und darf deshalb unserm gnädigsten Herrn kein Dienstgeld geben, wie andre Hüfner 13 Groschen geben müssen, sondern ist ganz frei.* Posterioris, scilicet limitatae donationis, cum reseruatione quadam donantis factae, exemplum in eadem matricula occurrit, sub rubrica Klöden, vbi extant verba: *Zwölf und einen halben Groschen, und ein Pfund Wachs gibt Lorenz Felix von seinem Gute zu Klöden, und dienet dem Gotteshause, ausgenommen vier halbe Tage in der Heuerndte*

dient er dem Iunker. et aliud sub rubro Nauendorf: So muss der Gärtner, so der Pfarrer eingeleibt ist, einen Tag harken, und zwei Tage meyen in der Erndte, und wenn die andern zu Hofe dienen, so muss er uff der Pfarr arbeiten, wo nicht, so muss er mit den andern zu Schloſſe arbeiten. Etsi autem his exemplis allatis ea, quae iam exposuimus, satis probari videantur, nondum tamen expeditum est, an homines, de quibus modo diximus, scilicet, qui vel a fundatoribus ecclesiarum statim cum dote, vel successu temporis a dominis, donationis titulo ecclesiis iam exstructis traditi fuere, dotales fuerint proprie sic dicti. Plerisque enim instrumentis, quibus res omnis possit confici, temporis iniuria deperditis, plane incerti et dubii relinquimus. Quare vix alio dotalium nomen accipiendum erit sensu, quam ut comprehendat *omnes* eiusmodi *ruficos*, qui *quocunque* *demum* *modo* — excipe locati conducti — et *titulo* *ecclesiae* *parochoue* *vel* *operas* *vel* *censum* *canonemue* *praestent*. Quodsi igitur originem conditionis horum hominum paulo accuratius repetere velimus, exponendi erunt, quantum fieri potest, varii modi, quibus hanc conditionem induere potuerint homines vel liberi et ingenui nati vel potestati dominicae ciuili subiecti. Ac hos quidem, quos ultimo loco nominauimus, eo modo, quem hucusque exposuimus, ecclesiae addictos fuisse, proclive est intellectu. Sed alia ratio fuit hominum ingenuorum, quos ecclesiae adscriptos fuisse, ut operas et census praebarent, passim reperimus. Inibant nempe ingenui seruitutem ecclesiasticam, traditione spontanea, vel personae solum, vel personae, opibus adiunctis. Illis scilicet ecclesiae temporibus, quibus sacrae aedes exstrui coeperunt, atque Clericorum vis ac potestas in animos Laicorum aequa ac in eorum bona indies magis magisque augebatur, liberalitas hominum et super-

stitione et monachorum promissionibus adeo excitabatur, f) vt haud raro maximam bonorum partem, quid quod omnia, quae posside-

f) Quibus artibus vſi ſint monachi, vt donationes viuentium adipiſſerentur, et in hereditates defunctorum irreperent, in primis metu cruciatuum infernalium purgatorii que hominum alentes et fouentes ſuperſtitionem, pluribus appetet locis. Sic ALEXANDER ALESIVS Iacobo V. Scotiae regi ſcribit: *vidiffe ſe litteras magna auctoritate ſcriptas a Francifcanis, in quibus policeantur cuidam principi viuenti octoginta milia missarum, mortuo autem duodecies centum millia.* Accedebat ad hanc ſuperſtitionem haud raro cupiditas memoriam conſervandi ſuaque religionis laudem posteris commendandi, cuius rei inſigne documentum exhibet ZIEGLERVS de anno 1487 hiſ verbiſ conſcriptum: *Ich H.rich Canytz zu Dabrun geſeffen bekenne in diſem meym offen brive vor allermänniglich, die en ſehen, hören adder leſen, daß Ich mit vollburth, gunſt, wiſſen und willen meyns gnädigſten Herrn, Herrn Friedrichs Herzog zu Sachſen und Courfürſte etc. mit wohlbedachtēn mutb und reyſen rathe vor micb, alle meine erben und erbenechmen ſoben vierteil Landes uff der Heyde gelegen, und eyn boſſ zu Trebytz durch ſonderliche yngreſſunge des heyligen geiſts umme all meyner vor-*

fabren, meyner eltern und meyner ſelen feligkeit willen dem Gottshauſſ, und dem heiligen Heitberrn Sancto Martino zu Trebytz. Reiche und gebe fulche ytzbemelde güter dem gedachten Gottshauſſ mit aller und jeglicher zubehörung, freyheiten, und gerechtigkeiten, Inmaſſen Ich daßelbige von meynen eltern und vorfabren gebraucht und ererbet han, von welchem gut die vorſteber des eber bestymmten Gotteshaus mein eltern, mein vorſabren und mir, dazu allen den meyn ein ewige gedächtnis alle jar jährlich, wenn en das embequemſt iſt, mit zweyen priſtern, und ſo viel Cüſteren mit vilgen (viglien) und ſeelmanen unverbindert ſullen beſtellen, und die vorſteber vilgenannt ſullen die priſter mit ſamt den Cüſtern mit einer meſſigen collation und möglichen ymaſſ verſorgen, dazu nach laufft der zeit das vilgengeld belobnen und uſſrichten. Es ſull auch fulches durch die Alter Leut obberübt unverbindert eynigerley Herrengebotb, adder ſuſt geboth jährlich zu balten beſtalt werden. Und Ich uſſtemelter Heynrich Canytz reiche und gebe ſoitane gedachte güter dem bewelten Gott haus und Sancto Martino von der Hand weg, in kraft und macht des brives nach aller weis, form, ſo das durch Recht ſich gehübren mag, daß fulchs alles, wie

bant, ecclesiis donarent, atque hac liberaliori voluntate ipsius Dei fauorem sibi conciliare, adeoque coelum ipsum petere ista religione posse non dubitarent. Qua in liberalitate egeni cum cedere nollent ditioribus, opum quippe facultate destituti, omnia, quae possidebant, se scilicet totos, quanti erant, Deo ecclesiaeque consecrabant.^{g)} Eiusmodi homines, qui ecclesiae se offerrent, varlis insigniebantur nominibus, ^{h)} in quibus solemnius erat et usitatus, ut *oblati* monasteriorum vel ecclesiarum dicebantur. Fiebat autem haecce traditio, quae et oblatio dicitur, non ab illis miseris hominibus solum, qui cum non haberent, quod usui sacro dicarent, se ipsos traderent, verum etiam ab hominibus diuinitatis abundantibus, qui superstitione decepti, et

berürt stete vast, unverbroch, unde an alles geverde gehalden werde hab ich meyn ingesiegel vor mich, meyne erben, und erbnehmen zu wahren bekennnisse an diesem meynen offen brive wissendlich bängen lassen, der gegeben ist zu Dabrun nach Xsti unsers Herrn gepurib vierzehn hundert, darnach im so ben und achzigsten jahr, am Montage am Barbare der heiligen Jungfrauen.

g) Ab his solis **HOMMELIUS**, (sub nomine **CVRTII ANTONII** in *Epitome Iuris Canonici* l. III. c. 27. §. 7. nota) originem dotalium deriuandum esse putat; quo autem iure reliquas dotalium origines omiserit, non appareat.

b) **CVRTIVS ANTONIVS**, quem modo laudauimus l. c. inter

eorum nomina etiam refert **PETERLINGE** et **Arme Manne**; sed illud non omnibus oblatis commune fuit, sed pertinuisse tantum videtur ad seruos S. Petri *Louaniensis*. Vid. **LIPS.** in *Louanio Lib. II c. 4.* hoc autem non tam hisce ecclesiae oblatis servis in specie proprium fuit, quam potius in uniuersum hominibus propriis, qui egestate pressi ne corpus quidem proprium habent, tribui sollet. Hi simpliciter vocabantur **Arme**, vel etiam **arme Lüte**, **arme Layen**, **arme Männer**, **eygen Arme**. Vid. **POTGIESSER** *de statu seruorum* p. 185. Describuntur ita in *Actis Wertheim. contra Würzburg* P. II. p. 76. *de anno 1420. die armen Lüte, die mit dem Libe mit ihr eygen sind.*

nonnunquam monachorum non tam incitamentis quam velut incantamentis occaecati, i) spem longe altioris, in primis post obitum, felicitatis animo praecocipiebant, si sese ac progeniem suam Sancto cuidam, cuius peculiari in coelis niterentur intercessione, atque monasteriis k) manci-

i) Monachorum persuasiones et admonitiones semper fere harum oblationum causam extitisse omnes fere chartae, quae hac de re superfunt, aperte demonstrant, ex quarum numero modo quasdam laudare licet, v. c. chartam apud GELENNIVM in Vindiciis B. Richezae c. 9.
Quod ego Richeza animo voluens — insuper animata a domino Archiepiscopo, cum essem ingenua, deliberavi esse ancilla etc. — porro chartam in AVBERTI MIRAEI donationibus Belgicis I. c. 18. Ego Gista, cum — satis forem ingenua, in sanctorum patrum exhortationibus — concipiui animo in sanctorum seruicio carne et spiritu humiliari, quorum patrocinio et interuentu Dei misericordiam assequerer, et eam, quam exhibit WILHELM HEDA in Hist. Episc. Traiect. — ego Berta, cum sim nobilis — suggestione et exhortatione domini gloriose episcopi Bennonis — humilio et domo caput meum libere ad altare S. Martini etc.

k) Fiebant hae traditiones siue oblationes plerumque per litteras, quae litterae oblatoriae (Ergebnungs

Briefe) dicebantur, quarum unam exempli causa ex Tabulario Vindicensi hic addere liceat, in primis cum genium istius saeculi monastica superstitione plenum maxime spiret:
Cum sit omni carnali ingenuitate generosius extremum quodcumque Dei servitium, scilicet quod terrena nobilitas multos plerumque vitiorum seruos facit, seruitus vero Christi nobiles virtutibus reddit, nemo autem sani capitnis virtutibus vitia comparauerit, claret pro certo eum esse generosiores, qui se Dei servitio praebevit proniorem. Quod ego Raynaldus intelligens iustumque esse vera ratione perpendens, cum me ab auis et attauis naturaliter liberum conditio humana protulerit, nullius necessitatis penitus occasione cogente, spontanea mea voluntate, me ipsum, meosque, si quos mibi dederit, successionis liberos in seruitium trado sanctae Trinitatis, et fratribus bius loci, reputans me ab hac die inante, sicut unum quempiam de seruis corum, ad faciendum de me et rebus meis, quicquid eis salua iustitiae lege placuerit. Et ne quis putet, me timoris causa, vel cupiditatis acquirendi aliquid transitorium me istud agere, sciat et credat, me id primum ac porissimum

parent, ea ratione, vt abdicantes libertate, seruorum naturam et conditionem induerent, seque ad certas operas praestandas, certumque censum singulis annis persoluendum obstringerent. Neque tamen haec Oblatorum conditio semper tam vilis et abiecta erat, vti conditio hominum priorum; clientelae potius vel protectionis ratio erat, ita, vt quidam oblatorum, certe ii, qui opes vna cum persona sua ecclesiis vel monasteriis obtulissent, nec proprie serui nec adscriptitii haberentur. Accedit, quod in vniuersum leges, sub quibus ecclesiis se deovabant homines illius temporis, satis diuersae erant, et pro cuiuslibet voluntatis et superstitionis ratione definiebantur. Alii enim se monasteriis offerebant vel cum opibus omnibus, vel facultatum parte tantum aliqua consecrata, ea lege, vt monasticam vitam sequerentur, et ad eius professionem statim admitterentur. ^{l)} Alii ea conditione se deuouebant, vt in ordinem monachorum reciperentur, quando luberet ^{m)}, ita tamen, vt interim *donatorum ac oblato-*

pro salute animae meae facere, deinde,
quod circa eos a pueru nutritus, omnia
pene babeo apud eos, et per eos conqui-
rens, iustius mibi esse videtur, vt ipsi
babeant, quam alius quispiam. In te-
stimonium autem huius meae deditio-
nis, vt certior sit et firmior omni tempore,
cartulam istam scribi rogaui, manuque
mea crucis impressione signaui, ad bibi-
tis testibus, qui me hoc facere viderunt,
et audierunt, quorum ista sunt nomi-
na: Odo, Sartor, Ioscelinus, Garinus
Herueus filius Alberii, Girardus Ho-
spitalis, Odo pater Lamberti, Hugo,
filius Morini, omne Capitalum. Acum
Vindocini in Capitulo S. Trinitatis an-

no Dom. Incarn. 1079. 6. Id. Mart.

^{l)} Eiusmodi obligationem exhibit charta Roncelini, Vicecomitis Massiliensis, ex *tabulario S. Victoris Massiliensis*, fol. 179. qui tanquam dominus Gardanae confirmauit donationem, quam fecit Guillelmus de Gardana, filius Raymundi de Laurias, qui abrenuntians se ipsum, cum universis rebus suis, in fratrem et filium praedicto monasterio tradidit, et hominem vice Dei super caput suum posuit, obedientiae se subiiciens, et regulari discipline collum statim penitus submittens.

^{m)} Spectat hic charta ex *tabula-*

D

rum n) vice haberentur. Alii deinde se ecclesiis mancipabant sub obligatione anni census praestandi, salua tamen libertate et ingenuitate, quam expressis verbis nonnunquam sibi referuare solebant. o) Alii denique ita se offerebant ac mancipabant, ut ipsi atque eorum progenies seruis ecclesiae annumerarentur, ingenuitati ac libertati nuntium mittentes. Atque hi posteriores et ii, quos proximo loco ante eos descripsimus,

rio S. Maxentii Pictauensis. In nomine Domini! ego Gauerius, presbyter, filius Ademari de Garda, dedi animam meam et corpus meum Domino Goffredo Abbatii, sedenti in Capitulo cum monachis suis, die quodam Dominico Aduen- tus Domini, in societatem et beneficium totius monasterii, et quando voluer- ero monachus esse, cum rebus quas habuero accipiant me, siue sanum siue infirmum. — — Facta est autem haec chartula anno ab incarnatione Do- mini 1110. regnante Ludouico rege et Guillelmo Comite in Aquitania, Petro quoque episcopo Pictauensi.

n) Oblatorum et Donatorum ea erat conditio, ut ex familia monachorum censerentur, apud Abbatem obedientiam profiterentur, et vi- etum et amictum a monasterio con- sequerentur, id quod diserte probare videtur pactum initum inter Ab- batem S. Theodardi et Raymundum Comitem Tolosae anno 1231. in Re- gesto Tolosano p. 25. Item petebat (Abbas) omnes iusticias monachorum, clericorum et donatorum suorum et specialiter familiae suae, videlicet do- natorum illorum, qui in tem-

plo S. Theodardi donant se et sua eidem monasterio, et pro- mittunt obedientiam Abbatii et successoribus suis, et vi- etrum percipiunt a dicta eccl- esia. — et non possunt facere testamentum sine assensu Ab- batii.

o) Horum conditio cernitur ex charta de anno 1243. in Historia Re- maensi p. 270. Dictus vero Parisetus spontanens dedit et concessit se pro ho- mine libero ecclesiae nostrae Reomaensi, et ipse, et beredes sui erunt homines li- berti nostri conuentus, pro quinque so- lidis Diuionensibus nobis annuatim in festo S. Remigii ab eisdem persoluendis. Ita, quod nos, vel successores nostri, ultra, quam dictos quinque Solidos ab ipsis non poterimus per exactionem ali- quam reclamare. Imo tenemur ipsos tanquam liberos homines nostri conuen- tus aduersus omnes homines pro posse nostro defendere, manutene, et bona fide garantire. Plures eiusmodi char- tas exhibit Tabularium S. Vironis Virdunensis, Wilbelm Heda in Episc. Traject. p. 287. et Aubert. Miraeus in Donatt. Belg. L. I. c. 18.

ad origines dotalium sensu latiori referendi erunt, cum illi se ipsos ac progeniem eadem plane ratione ecclesiae addicerent, qua serui tradi solerent. p) Nam praeter chartas oblatorias, hae traditiones variis ritibus ac symbolis solemniores reddebantur q), quas vero, cum ad rem nostram parum facere videantur, praeterire liceat. Transeamus potius ad alterum modum, quo homines in potestatem ecclesiae transire, iurisdictioni saeculari eximi, atque sic dotalibus sensu latiori annumerari poterant. Hucusque scilicet spectauimus eos, qui vel sua sponte, ex singulari religione ecclesiae se obnoxios fecerant, vel a dominis in dotem ecclesiae assignati, aut alio modo donati fuerunt. Nunc vero de iis nobis agendum erit, qui non tam *personaliter* qualicunque traditione conditionem dotalium nacti, quam potius *realiter* quodammodo ecclesiae vel ad operas vel ad census praestandos obligati sunt. Oritur autem haec obligatio realis, ut vel ex ipso nomine, quo eam insinuimus, appareret r), ex possessione praediorum ecclesiasticorum, siue iure

p) Vid. Tab. Vindocinense charta III.: *Tradiderunt ergo se Domno Abbatii Oderico, iuxta consuetudinem servorum, coram suprascriptis testibus in Capitulo.*

q) In primis consuetudinis erat, ut vel collum inuoluerent laqueo, quo campana trahebatur, vel caput cum brachiis et quatuor denarios altari Indigetis, cui se deuouere cupiebant, imponerent, quapropter et nonnunquam serui de quatuor numeris appellati esse videntur, v. c. in Charta Ranulfi Abbatis S. Mauri ex *Tabulario Ecclesiae Sanctae Trinitatis*

Vindocinensis, in qua agitur de quodam *Coliberto S. Mauri*, qui diu ventilatus, hominem se ipsius Sancti recognoscet, sed non sicut alii, qui de quatuor numeris erant et infra: et ille respondit: se esse hominem *S. Mauri*, sed non sicut alii, qui quatuor numeros reddebant. — Plura de his Oblatis et Oblationum ritibus differuit POTTGIESER *De statu seruorum Lib. I. Cap. 3. §. 47.*

r) ZIEGLERVS l. c. p. 166. ita inter hos et illos, de quibus supra diximus, distinguit, ut hos fide dominica, illos vero suo commodo agros.

bonorum emphyteuticariorum vel censiticorum, concessa. De utroque bonorum genere plura addere facili negotio supersedere possumus, cum hoc et ab instituti nostri ratione foret alienum, et insuper ratione obligationis erga ecclesiam conditio eorum, qui emphyteuticaria bona possident, nihil differat ab eorum conditione, qui beneficio ecclesiae censitica bona possideant, i. e. qui sub lege certi annui census soluendi et seruitiorum quorundam praestandorum mansum ecclesiasticum sibi proprium et hereditarium fecerunt, cuiusque et possessionem et dominium nacti sunt. Hi quidem esse videntur, quos CARP-ZOVIVS l. c. Lib. II. Df. 307. et 357. solos dotalium nomine venire putat, quo loco simul ex rescripto Consistorii supremis) docet, emtores

ecclesiae colere existimet. Confundisse vero paululum videtur notiones iuris horum dotalium et eorum obligationis. Colunt scilicet quidem ecclesiae agros suo commodo, sed non illos, quos tanquam dotales ex officio colunt, quam potius eos, quos ipsi possident, et quibus, cum sint praedia ecclesiastica, quovis titulo iis concessa, conditionem dotallem debent. Ratione seruitii igitur plane nullum inter hos et illos intercedit discrimin, sed modo ratione originis vel causae seruitii differunt. Hinc etiam locus, quem ex matricula Consistorii Wittebergensis de anno 1555. ad hoc probandum allegat Zieglerus, non vi probandi solum caret, sed, si quae ei insit probandi vis, ex ratione, quam

exposuimus, magis contra Zieglerum pugnare videtur. Legitur enim sub rubro Niemeck bei Bitterfeld ita: *Sechs Hoffstett uffs Pfarrgut erbauet besitzen nachfolgende: N. N. N. deren jeder zinset dem Pfarrer von seinem Haus und Hoff jährlich uff Michaelis sechs Groschen und fröhnet mit der Hand vier Tage.* Operas vero, quarum in fine loci mentio fit, non suo commodo praestat dotalis, sed in commodum parochi vel ecclesiae.

s) Consistorium supremum Superintendenti Miseneri et Iohanni Friderico a Schönberg d. 6. Oct. anno 1617. ita rescripsit: *Wir balen euers des von Schönbergs schriftliches Einwenden, wegen Vererbung etlicher Pfarrfelder zu Bunkerswalda, zwischen dem Pfarrer daselbst Iobann Cel-*

praediorum et bonorum ecclesiasticorum nec non reddituum ecclesiae fieri dotaes, omnibusque priuilegiis et immunitatibus frui, quibus ecclesia antea gauisa fit. Fortasse vero, in primis, cum nullis aliis locis confirmetur, quod Carpzouius contendat, paulo restringenda erit eius sententia ad illam causam, quando ecclesia quasdam sibi disertis verbis relictas esse voluit praestationes annuas, ut his dotis constitutae memoria conseruaretur, id quod in omnibus fere, certe plerisque instrumentis super venditione praediorum ecclesiasticorum confectis ac hodie superstribus factum inuenimus, t) e quorum copia

lario, Verkäufern an einem, und Iakob Tammann, Käufern andern Theils verlesen hören. Wenn denn Käufer durch Vererbung dieser Pfarrgütere zum Pfarr Dotaln gemacht wird; so ist er mit Zinsen und Diensten bemeldtem Pfarrer zuständig, und hat sich eben des Schutzes, wie der Pfarrer selbst, bei dem Obern-Consistorio zu getrostet, und kann dasjenige, was andre de facio sich unterstanden, und ibnen etwa aus Unwissenheit nachgesehn worden, anbero zum Schluss nicht gezogen werden.

t) Extant adeo monumenta, quibus ecclesia dominium directum bonorum vendorum sibi retineat, et in eius recognitionem seruitia sibi aut redditus annuos reseruet. Eiusmodi exemplum saepe memoratus exhibit ZIEGLERVS Cap. IX. §. 57. ex instrumento ad ecclesiam quandam Wittebergae vel potius Kembergae — prope Wittebergam

oppidulo — vicinam spectante, quod, cum ad rem nostram facere videatur, adscribere liceat: Zu wissen sei hiermit jedermanniglich, dass, nachdem zur Kirchen allhier zu Trebitz sieben Viertel Landes, uff der Heyden zu Zermsdorff, eine Breite bei der wüsten Mark Rorbek und eine Wiese unter dem Kinder Holze gelegen gebörig gewesen, und bisbiero umb einen geringen Zins ausgethan worden, Als sind nunmebro solche Kirchengüter und Gründe zu Gelde gemacht, auch mit Vorwissen und Bewilligung der Herrn Visitatores des Churkreises zu Sachsen, auch der Kommissarien des löblichen Consistori zu Wittenberg ibnen zweyen mit Namen Hans Hese und Ulrich Kugler zu Trebitz verkauft und verfolget worden, nehmlich und also: Es nehmen gemeinte Käuffer diese Kirchengüter vor zweyhundert Gulden Hauptsumma an — doch dergestalt, und mit ausdrücklicher

modo vnum alterumue exhibeamus, quod lucem clariorem rei affundere possit. Eiusmodi instrumentum ecclesiae Kembergenis a ZIEGLERO allegatum c. IX. §. 56. et his verbis conscriptum est: *Ich Iohannes Bulkenhayn Probst zu Kemrig bekenne vor mich und meine Nachkommen, Pröbste zu Kemrig, und thue kund mit dem Briefe allen denen, die ihn sehen und hören lesen, Nachdem der erbare Martin Schilling Pfarrer zu Berkzaw Peter Meissnern gegönnet hat ein Haus zu Klitschen auf der Kirchen Gut zu bauen, darzu zwei Hufen Landes gehören, also dass der selbe Peter Meissner, seine Erben, und wer das genannte Erbe besitzen wird, ein Schock und zwanzig Groschen neuer Münz, guter Landeswehrung einem jeglichen Pfarrer zu Berkzaw fort mehr zu ewigen Zeiten auf Martini jährlich zu Zinse davon reichen und geben, und zween Tage Dienste thun sollen. Als habe ich Iohannes Bulkenhayn zu einem solchen, umb ihrer fleisigen Bitte willen meine Gunst und guten Willen gegeben, auch sonderlich Peter Meissnern, Margarethen, seiner ehelichen Hausfrauen, und seinen Erben, Söhnen und Töchtern, dasselbe Haus zu Klitschen, mit den zweien Hufen Landes, und andern seinen Zugehörungen, als weit die begriffen sind, zu rechten Erbe gereicht, geliehen und bekennet, in allen Rechten, ihren Gewohnheiten und Freiheiten, inmassen sie bei derselben Pfärre herkommen sind. Gebe auch dazu meine Gunst und guten Willen. Reiche, leihe und bekenne Ihnen die also gegen männiglich in Krafft dieses Briefs, die fürbaßt mehr umb den genannten Zins und Dienst zu rechten Erbe zu haben, zu besitzen, zu gebrauchen und zu genießen, und bei der*

Bedingung, und zu Erhaltung der Kirchen Gerechtigkeit und dominii directi, dass diese Käuffer die alten und vorigen Zinsen und Dienste, so bisher auf

solchen Gütern gestanden, darneben gleichwohl der Kirchen zu Trebitz und Pfarrer daselbst unabrücklich reichen und leisten sollen u. s. w.

Pfarr zu Berkzaw zu bleiben, von allermänniglich daran ungehindert, inmassen oben geschrieben steht, und Erbgüter, Recht und Gewohnheit ist, ohn alles Gefehrde. Hierbei sind gewesen und gezeugen die erbaren Err Nicolaus Reinwitz Altarista und Prediger, und Err Nicolaus Galle, Prouisor zu Kemrig, wissendlich versiegelt, und geben zu Kemrig an Mittwochen Alexii nach Christi unsers Herrn Geburth im vierzehnhundert und im neun und funfzigsten Jahre. Aliud haud minus clarum exemplum exhibet matricula Consistorii Wittebergenfis de anno 1555. sub titulo *Paserin his verbis:* *Dieser Pfarr ist von Churfürsten zu Sachsen hochlöblicher Gedächtnis mit einem Akkergut versehen und begnadet, samt einem großen Gehöfte und Garten und zwey Hufen Landes, und etlich Morgen Wiesen und Hufeschlag, samt etlichen geringen Holz, welches der vorige Pfarrer unvorsichtig mit grossem Abbruch und Nachtheil der Pfarre vor ein gering, baufällig alt Cossaten Gut verkauft und verbeutet hat. Dasselbe Pfarrgut hat jetzund Blasius Krüger, und gibt der Pfarr jährlich achtzehn Scheffel Korn, achtzehn Scheffel Haber, ein alt Schock an Gelde, soll ihm auch, wie andre, des Pfarrers eigne Dienst Leute davon dienen.* — Atque haec quidem potissima sunt, quae de origine hominum illorum, qui nunc dotales vocantur, dicenda putauimus, quae ipsa tenebris adeo tecta et in tanta obscuritate tam multis variisque impedita sunt difficultibus, vt aequi difficile sit, certi quid hac de re statuere — id quod iam viri doctissimi sensisse videntur — ac tempus accuratius constituere, quo nomen dotalium vsu inualescere cooperit. Minus tamen a veri specie alienum est, quo magis ex ipsa re liquere videtur, vna cum re ipsa nomen tum latinum dotalium, cum germanicum *Widums* seu *Wiedemuts* Leute in consuetudinem venisse, atque quo facilius ex aliis similibus et eiusdem compositionis vocibus potest colligi,

non recentioris esse aeui. Sic in antiquis diplomatibus occurunt voices: *Widem Korn u.) Widem Gelt v.) et Wiede Mas w.),* quae cum eiusdem compositionis sint ac vox *Wiedums Leute,* ex eadem aetate repetendae erunt, in primis, cum hae census species a dotalibus praestentur. Sed relicta parte libelli nostri historica, progrediamur ad explicanda ea, quae tum ad dotalium obligationes praestationesque, cum ad iura, quibus fruuntur, singularia spe&tent.

§. 4.

De obligationibus dotalium.

Iam vero, quod ad rusticorum dotalium obligationes attinet, in his explicandis haud diu versabimur, cum indoles earum ex his, quae de origine dotalium diximus, facillimo negotio erui possit. Cum enim vel cum manso ecclesiae, tanquam instrumentum dotis traditi, vel postea ecclesia iam exstructa, aut soli, aut terrae, quae simul tradebatur, adscripti, a dominis ecclesiis donati fuerint: eorum obligatio dijudicanda erit ex donantium confilio. Tradebantur nempe ecclesiae vel sic, ut omnes omnino operas ei praestarent, quae modo exigi et praestari poterant, nullis limitibus circumscriptas, vel ea lege, ut

u) In diplomate Iesnitzensi d. ta.
1417. haec leguntur verba: — —
scheiden wir also, daz Hans von Rep-
gow Ern Peter Pharren zu Iessnitz
pflichtig ist sin Wedem Korn zu ge-
ben, von den Wuschbufen, der er ge-
nisset und trybet. in EILER. Chron.
Betticensi p. 220.
v) In dem Dorfe Uchteritz obnweit

Weisenfels muss von 47 Hufen ein ge-
wisses Wedem Geld — — dem Pfarr
Herrn gegeben werden. Vid. Matric. d.
a. 1575.

w) Zur Pfarrn (zu Ammendorf)
gehören etwas Wiesen, das Pfarrholz,
63 Scheffel Zinsgetreyde, Wiedemas
genannt. Cf. DREYHAUPT Beschrei-
bung des Saal Creyses T. H. p. 876.

quasdam ecclesiae, quasdam domino operas exhibere tenerentur, cuius vtriusque generis in superioribus mentionem fecimus, nec non exempla attulimus. In Saxonia quidem dotalium illorum obligatio non alia definiri potest ratione nisi ea, quam sequitur *Ordinatio Ecclesiastica Saxoniae Art. gen. 27.* vbi de eorum obligatione haec fancita leguntur: *Dieweil an etlichen Orten von den löblichen Vorfahren, alten Herrschaften oder Collatoren zu denen Pfarren Dotales, d. i. Dienst oder Frohn Leute verordnet, auf dass die Pfarrer Leute zu Diensten haben, und ihre Güter desto geruhiger und besser bestellen können; sollen durch jedes Ortes Obrigkeit und Visitatores die Leute vermahnet werden, solche Dienste willig und gern ihren getreuen Seelsorgern zu leisten.* At ne in operis dotalium singulis diiudicandis, quas uno eodemque pede metiri non ius et fas est, aberretur, consulenda esse fundationum instrumenta, aut si haec desint, vel matriculas Consistoriorum esse inspiciendas, vel usum immemorialem sequendum, proclive est intellectu. — Nec alia est ratio eorum dotalium, qui conditionem suam non religioni maiorum, sed possessioni fundorum ecclesiasticorum debent, quorum obligationes ex contractu ipso speciali et in uniuersum ex natura contractuum illorum, quibus fundos ecclesiasticos sibi compararunt, puta emphyteuseos, vel contractus censitici, diiudicandae erunt. Quocunque autem modo dotales conditionem suam nacti fuerint, certum tamen est, eos etiam in Saxonia ad agros parochiales *gratis* colendos parochio esse obstrictos, neque adeo ad alendum dotalem, dum operas praefstat, parochum teneri, nisi hoc ei incumbere onus ab illo probetur. Quas quidem operas dotalium, siue sint determinatae siue indeterminatae, absqueulla mercede praestandas, maxime differre ab illis, quas pro aequa mercede a parochianis in agris colendis parochus exigere potest,

E

facile est intellectu. Caeterum et art. gen. 27. quem supra laudauimus, et *Decretum Synodale d. a. 1624.* dotales feruitia parocho debita fine tergiuersatione praestare disertis verbis iubet. x) Praeter ea vero, quae dotalibus, qua talibus, incumbunt, etiam tanquam coloni vario modo obligati esse possunt; sed has obligationes exponere a consilio nostro est alienum, nisi quatenus aliquo modo collidant cum obligatione dotali. Ita huc pertinet causa illa, quae aliquando in litem vocata, et responso Facultatis iuridicae Wittebergenfis definita est. Quaesitum nimirum fuit, an, si ecclesiae cuiusdam dotales in aliis parochi tractu habitent, adeoque simul alterius ecclesiae parochiani sint, dotalis conditio eos liberet ab obligatione, operas a parochianis parocho suo exhiberi solitas praestandi? Ad hanc quaestione Ordo Iurisconsultorum Wittebergensium respondit: parochianos, quamuis alterius ecclesiae dotales sint, operas parocho suo, pro iusta mercede praestandas, non posse subterfugere, modo ne impediantur, quo minus et ecclesiae, cuius dotales sunt, agros colant. y) Sed verba responsi ipsa, quatenus ad rem nostram pertinent, adscribere liceat. *Dieweil sowol in dem Synodalischen General Dekret de anno 1624, als auch in dem revidirten de anno 1674, dass die eingepfarrten Pferdner, Inhalt derer General Artikel tit. 27. Synodal Dekret §. 69. Carpz,*

x) Verba, quae hoc spectant, sunt haec: *Wo auch Pfarr Dotales, oder gewisse Frohn und Dienstleute der Pfarrer seyn, die sollen ihre schuldigen Dienste zu leisten ernstlich von der Obrigkeit angehalten, darneben aber mit neuen Diensten und Beschwerungen von andern keineswegs belegt werden.* Idem sancitum legimus in *Decret. Synod. Reuif. d. a. 1673. §. 70.*

y) Responsum hoc anno 1697. ad interrogationem Superintendentis Liebenwerdenfis datum extat apud **HORNIVM in Consultatt. et Respons. Cl. I. n. 4.** Cf. etiam **HORNII Diff. Capita quaedam iuris ecclesiastici controversi circa praestationes Parochianorum et dotalium sistens. Cap. VII. Witteb. 1713.**

Iurispr. Eccles. l. II. Df. 356. auf Begehren des Pfärrers, dessen Aecker um einen billigen Lohn für andern zu beschicken schuldig sein sollen, deutlich verordnet, und hiervon diejenigen Dotales, so zwar zu einer andern Parochie gewidmet, bei einer andern aber eingepfarret, und daselbst die Seelenpflege genüssen, nirgends ausgenommen, also in dergleichen Fall der Bestellung der Pfarr Aecker um einen billigen Lohn vor keinen neuen Dienst oder Beschwerung geachtet, noch auch dadurch ihnen, oder dem parocho, dessen Dotales sie sind, ein sonderbares Nachtheil zugezogen werden kann, in mehrerer Erwegung, dass eines Theils der Lohn auf des Superintendenten und Gerichts Herrn und Collatoris, oder des Consistorii Ermessen auf ein billiges zu setzen, andern Theils die Bestellung der Pfarr Aecker alsdenn nur von ihnen, wenn sie andern sonst uns Lohn arbeiten, nicht aber zu der Zeit, da sie ihre eignen, oder der Parochie, zu welcher sie als Dotales geschlagen, Aecker bestellen müssen, zu fordern, an sich selbst auch, dass sie dem Geistlichen, dessen Seelenpflege sie sich gebrauchen, dasjenige, wozu andre eingepfarrte verbunden, leisten, der Billigkeit gemäss, also bey dieser Bewandtnüss keine Läision im gegenwärtigen Fall vorhanden — — so erscheint daraus allenthalben so viel, dass obangezogene fünf Dotales von der Bestellung der Pfarr Aecker zu Sachsdorff ums Lohn, sich loszuwirken nicht vermögen, es sind dieselben aber ander Gestalt nicht, als dass sie ohne Nachtheil der Bestellung der Liebenwerdischen Pfarr — und ihrer eignen Aecker geschehe, anzuhalten. *V. R. W.* Addi possent fortasse quaedam de seruitiis dotalium extraordinariis, quorum praestationem in calamitatibus publicis salua tamen immunitate dotali denegare nequeunt; nisi aliena essent ab hoc loco, in primis cum de iuribus dotalium singularibus nondum disputatum fuerit, id quod sequenti paragrapho commodius fiet.

§. 5.

De iuribus dotalium singularibus.

Singularia, quibus dotales nostri prae reliquis colonis gaudent, iura et si non sunt varii et multiplicis generis, grauiora tamen atque ita comparata reperiuntur, vt vix aliter fieri possit, quin de iis non solum inter dotales et dominos territorii, quod incolunt, verum etiam inter colonos, qui saeculari subsunt iurisdictioni, et dotales, saepe aciores moueantur et tractentur lites. Quum scilicet rustici dotales, vti antea demonstrauimus, vel ipsi dotis ecclesiae partem efficiant, vel dotis partem possideant, eorumque adeo conditio ex fundo, quem colunt, vel cuius partem constituunt, diiudicanda sit, fruuntur quibusdam priuilegiis, quae vniuersae doti ecclesiae competunt, puta *immunitate ab omni seruitio, censu, tributo, aut aliis quibusunque exactiōnibus saecularibus, et priuilegio fori*, ita, vt a iurisdictione ciuili plane exempti, foro singulari, nempe ecclesiastico vtantur. De his singulis priuilegiis iam videamus, atque, qua ratione dotalibus competent, breuibus exponamus. Prius, quod attinet dotis ecclesiasticae priuilegium, quo ab omni onere saeculari immunis censetur, disertis verbis conceditur manso ecclesiastico a *Concilio Wormatiensi can. 50.* et repetitur a *Gratiano can. 25. C. XXIII. Qu. 8.* his verbis: *Sancitum est, ut unicuique ecclesiae unus mansus integer absque omni seruitio attribuatur, et presbyteri in eis constituti non de decimis, neque de oblationibus fidelium, non de domibus neque de atriis, neque de hortis iuxta ecclesiam positis, neque de praescripto manso aliquod seruitium faciant, praeter ecclesiasticum.* Quae quidem constitutio, qua in genere doti ecclesiae immunitas ab oneribus seruitiisque saecularibus conceditur, quanquam

necessario et ad partem dotis, siue instrumentum mansi, scilicet dotales erit referenda, quippe qui vna cum dote vel tanquam mancipia manso ecclesiae adscripta ecclesiae cesserunt, vel bona ecclesiae in dotem data acquisueruntz); haud scio tamen, an, vti quidam statuunt, eadem ratione spectet ad dotales, qui olim cum bonis suis doti ecclesiae iam constitutae accesserunt. Videtur potius in illa constitutione Concilii Wormatiensis modo de illo manso sermo esse, qui in dotem ecclesiae dari solebat, neutquam vero de iis bonis, quae praeter dotem ecclesia possidet; pergit enim textus: *et si aliquid amplius habuerint, inde maioribus a) suis debitum seruitium impendant,* quibus verbis colligi posse videtur, non omnia promiscue immobilia, quae ecclesia quocunque titulo acquirat, ab oneribus et collectis esse immunia, sed ea tantum, quae dotem ecclesiasticam constituant. Inanis autem foret opera et nullius pretii, haec longiori sermone protrahere, et argumenta, quibus vtraque defendi possit sententia, vberius exponere, cum leges extent et antiquiores et recentiores, quae seruis ecclesiarum in specie hanc immunitatem ab oneribus et seruitiis saecularibus diserte largiantur, atque adeo illis, qui sibi aliquid iuris circa eorum operas vindicare conentur, poenam excommunicationis minentur. Egregie hoc probat canon 21. Concilii Toletani adductus a Gratiano can. 69. C. XII.

z) De priuilegiis rusticorum dotalium optime differuit *Christoph. Ludov. CRELLIVS in Spec. iur. eccl. de rusticorum dotalium immunitate a iurisdictione et oneribus saecularibus ad §. 70. Decr. Synod. Reuise. Witteb. 1755.*

a) Quinam subintelligantur voce *maiorum*, explicari potest ex lectione: *Seniorum*, quam textus ipse Concilii habet. Significant autem *Seniores* idem quod *domini*. Vid. *Franc. HOMANNVS De verbis feud. f. v. SENIOR.*

Qu. 2. in quo ita legitur: *Quoniam cognouimus, in multis ciuitatibus ecclesiistarum seruos et episcoporum vel omnium clericorum a iudicibus vel auctoribus publicis in diuersis angariis fatigari, omne Concilium a pietate glorioſimi domini nostri poposcit, ut tales deinceps ausus inhibeat, sed serui suprascriptorum officiorum in eorum uſibus vel ecclesiae laborarent.* Si quis vero iudicum aut auctorum clericum, aut seruum clerici vel ecclesiae, in publicis ac priuatis negotiis occupare voluerit, a communione ecclesiastica (cui impedimentum facit) efficiatur extraneus. Hanc ipsam dotalium ab oneribus et seruitiis faecularibus immunitatem etiam in legibus Saxonice confirmatam deprehendimus. Pertinet huc in primis *Decretum Synodale*, d. a. 1624, vbi expressis verbis immunitas ab oneribus et seruitiis faecularibus rusticis dotalibus tribuitur. *Wo auch Pfarr Dotales, oder gewisse Frohn und Dienſtſleute der Pfarrer ſeyn, die ſollen ihre ſchuldigen Dienſte zu leisten, ernſtlich von der Obrigkeit angehalten, daneben aber mit neuen Dienſten und Beschwerungen keineswegs belegt werden.* Repetiit hanc dispositionem *Decretum Synodale reuifum* §. 70. Impertit dotalibus porro eandem immunitatem Rescriptum Friderici Augusti regis Poloniae d. a. 1710 b), quod, praeter

b) Extat hoc Rescriptum in *Cod. Aug. Tom. I.* p. 885. et in *Corp. Iur. Eccles. Sax.* p. 457. Verba eius sunt haec: *Wenn wir denn erſehen, dass die Dotales im Petitorio, das Amt Schweinitz aber diesfalls im geringſten nicht fundirt ſei, indem ſowohl in den General Artikeln, als in denen Synodal Dekreten verordnet, dass ſie, die Dotales, ihre Dienſte ihren Seelsorgern leisten und von der Obrigkeit dazu ernſt-*

lich angehalten, daneben aber mit neuen Dienſten und Beschwerungen von andern keineswegs belegt werden ſollten, auch dass, da ſie dergestalt praeſumtionem libertatis vor ſich haben, um ſo viel weniger eine Poffess zu behaupten ſey, zumaln da auch der Amtmann zu Schweinitz ſelbst geſtanden, dass die Waltersdörfer zu den Elb Ufer Fuhren durch das Amt gezwungen worden, auch deffen in ſeiner letzten Supplik nicht in

operas parocho praestandas, nullas plane ab iis exigi iubet. Certum igitur est, etiam in Saxonia dotales ab omnibus operis et seruitiis saecularibus tam diu esse immunes, donec probetur contrarium. Cum vero dominis iurisdictionis patrimonialis ius competit a liberis subditorum exigendi per biennium operas, si e domo paterna egredi velint, quaeri hic potest, vtrum filii dotalium operas illas, quas Germanice *den Dienstzwang vocamus*, parochis an possessori praedii equestris praestare debeant? Ac parochis quidem dotalium liberi nunquam illas operas praestare tenentur ob generalem dispositionem *Decreti synodalis de anno 1624.* et *Decreti syn. reuif. §. 70.*, praedii equestris possessoribus autem tum demum, si homagium iis praestiterint; nam ex lege nouissima ad famulitium pertinente et anno 1769. promulgata tit. VII. §. 8. eiusmodi opera non exigi possunt: *von dem Lehn und Obergerichtsherrn, sondern von dem Erbgerichtsherrn.* Vid. KVSTNERVS ad *Deyling. Prud. Past. p. 252. not.* et *Responsum apud BEYERVM in Addit. ad Carpz. p. 174.* Vti autem per se appareat, illam immunitatem rusticorum dotalium ad bona immobilia, quae praeter fundum ecclesiasticum possident, non esse extendendam: ita nec illos plena immunitate gaudere existimo, qui ab origine non ita ecclesiae traditi fuere, vt ei soli operas vel census praestarent, sed quos pristini domini reseruatis sibi vel operis vel censibus quibusdam eccl-

Abrede, und also, dass die Dotale nicht mit ibren Willen fremde und Amts Fubren verrichtet, sondern dazu gezwungen worden, daraus zur Gnüge erhellter, folglich solches an Seiten des Amtes keine rechtmässige Possesi geben, noch die prae sumptionem libertatis,

welche vor die Dotale militirt, benehmen kann; Als ist unser Begebren, ihr wollet mehrerwähnten Amtmann, dass er besagte Dotales mit jetzt angeregten Fubren und andern Diensten, außer denen, so sie dem Pfarrer zu leisten schuldig, verschonen solle, bescheiden. u. s. w.

siae manciparunt, cuius rei exempla plura supra exhibuimus. Ad hos igitur illa constitutio non plene spectare videtur, nisi eo, quod sic cauetur, ne praeter seruitia, quae receperit dominus, noua iis iniungantur, quibus ab operis ecclesiae debitiss detineantur. Neque extendendum est hoc singulare immunitatis ius dotalibus competens ad speciales operas praestationesque, in utilitatem rei publicae tempore calamitatis publicae, v. c. belli, ab omnibus omnino territorii incolis praestandas. Hinc belli tempore praestationes publicas subire, plaustra et equos exercitui iter facienti subministrare, et tributa solvere obstringuntur. Excipiunt eiusmodi causas passim etiam ipsae leges Saxonicae, eorum immunitatem ceteroquin confirmantes, v. c. *Rescriptum ad Consistorium Lipsiense anno 1738.* missum, quod KVRNERVS laudat l. c. p. 252. *Ihr wollet gedachte Pfarr Dotalen mit denen oberwähnten angefönnenen Wachten, welche nicht zur allgemeinen Sicherheit des Landes durch allergnädigste Mandate und Befehle in besondern Vorfällenheiten auf gewisse Zeit angeordnet worden, verschonen;* inde ab onere excubiarum ordinariarum quidem liberi sunt, neutiquam vero extraordinariarum v. c. ob furum periculum ex mandatis regiis d. a. 1710. et 1713. agendarum officio deesse iis licet. Sed quae haec tenus de immunitate dotalium disputauimus, spectant in primis ad immunitatem eorum ab oneribus saecularibus (*von Frohnen.*) Iam vero restat, ut videamus, num fundi ipsi, quos possident, a tributis et collectis ordinariis sint liberi. Si CARPOVIVM *Iurispr. Conf.* L. II. df. 308. sequamur, omnes fundi ecclesiastici, sine discrimine, siue sint dotales, siue nouiter acquisiti, a tributis ordinariis sunt imunes, adeoque et ii, quos dotales possident. Sed hanc Carpovivii sententiam iustis finibus esse coercendam accurate docuit *Iurisconsul-*

tissimus EINERTVS in Dissertatione *de immunitate fundorum ecclesiastico-
rum a tributis*, Lips. 1779. Nos itaque tum demum dotales ob fundos,
quos possident, immunes esse a praestatione sexagenarum et quatem-
brium praediis ipsis inhaerentium statuimus, si fundi illi origetenus
ad dotem ecclesiae pertinuerunt, vno verbo, si tales sunt, quos
nostrates *ursprünglich geistliche Grundstücke* vocare solent. Ceteros,
quos ecclesia dote iam constituta acquisiuit, huius immunitatis exper-
tes esse contendere non dubitamus. Confirmare hanc nostram senten-
tiam videtur *editum tributarium Iohannis Georgii II. Saxonie Electo-
ris*, anno 1661. promulgatum in *Cod. Aug. P. II. p. 1484*, vbi ita
fancitum legimus: *Geistliche, Kirchen und Hospital Güter, so vor Altert
befreyet, genießen solcher Befreiung förderhin in alle Wege billig.* Cui
quidem sanctioni nullo modo posterioribus legibus derogatum fuit, vt
potius eam per *editum tributarium de anno 1666. et 1671. in Cod.
Aug. P. II. p. 1507.* confirmatam esse inueniamus. Alia autem ratio
est tributorum, quae de commerciis et aquaestu soluuntur, (*Nahrungs
Quatember*) haec enim in Saxonia etiam a dotalibus sine discriminē esse
praestanda docet *Rescriptum d. d. 28. Nov. 1746.* a KVSTNERO l. c.
laudatum, in quo ita legitur: *Dieweil die drei Pfarr Häuser zu H.
C. F. und Conforten ratione ihres treibenden Bewerbes und Nahrung sich
des ihnen angesonnenen leidlichen Quatember Beitrags zu entbrechen nicht
befugt sind etc.* Nec liberos esse dotales in Saxonia a metatis, siue
onere recipiendi milites, docet aliud rescriptum d. d. 30. Jun. 1747.
a KVSTNERO allatum, cuius verba ita se habent: *Angesehen die derer
zur Superintendur zu H. gehörigen Dotal Häuser sich der Einquartierung,
als eines allgemeinen Landes Praestandi, weder entbrechen, noch die, denen
Geistlichen in denen Kirchen Ordnungen auf ihre Person ertheilte Freiheit*

F

auf solche Häuser erstrecket werden können. Eosdem tamen a militia esse liberos, neque ad signa rapi posse, statuit CRELIVS in Dissertatione allegata §. 15.

Hoc ipsum vero immunitatis priuilegium, quo prae reliquis colonis dotales vtuntur, semper fuit foecunda variarum contentionum et disceptationum causa, cum partim dotales contra dominos iurisdictionis patrimonialis aliosue, ipsorum conditionem dotalem in dubium vocantes, ad libertatem prouocarent, partim coloni iurisdictioni saeculari subiecti, cum tali immunitate non gauderent, eam dotalibus inuiderent, eosque ratione operarum praestandarum sibi pares efficere nonnunquam conarentur. Atque sic noua quaestio enascitur, num in eiusmodi controuersiis dotales actores forum rei sequi teneantur, an vero res coram iudice ecclesiastico sit ventilanda, et ab hoc possit definiri? In qua quidem causa a dotalibus forum ecclesiasticum adeundum esse argumenta non desunt. Quid, quod olim in Saxonia extra omnem dubitationem erat positum, decisionem eiusmodi controuersiarum ad iudicem ecclesiasticum pertinere, etiam si reus eius iurisdictioni non esset subiectus. Seruitia enim ista, quae parocho a dotalibus debentur, partem efficiunt salarii, ministris ecclesiae constituti, de quo salario in vniuersum cautum est in *Ordinatione Ecclesiastica*, c)

c) Sub rubro: *von beyden Consistoriis zu Leipzig und Wittenberg* §. 7. n.
4. Alle Sachen, so der Kirchen, Schulen, Hospitäler und gemeiner Kosten Güter, Leben, Einkommen, Nutzung, Gebrauch und Besserung, dazu der Kirchendiener Besoldung betreffen. et in primis sub rubro: vom Synodo bei

unserm Ober Consistorio: Wie denn, auch was der Kirchendiener Unterhaltung, Pfarr und Kirchengüter, und verordnete Besoldung anlanget, da in denselben den Pfarrern, Kirchen und Schuldienern Eingriff, Verbindeung, Nachtheil und Schaden, von wem es auch gescheben, begegnen würde, und solches

quod omnes causae eo spectantes coram iudice ecclesiastico decidi debeant. Hodie vero res aliter se habet. Decisio enim nouissima litium super finibus iurisdictionis ciuilis et ecclesiasticae regundis motarum a Serenissimo Saxonie Electore anno 1782. ad Consistoria missa et in comitiis anno 1787. habitis cum statibus prouincialibus communica-
ta d) auctorem etiam in causis ecclesiasticis forum rei sequi paragrapho sexta his verbis iubet: 1) *Kirchen und Schulen und deren Diener, ingleichen die unter der Inspektion der Consistorien stehenden piae caussae, in Ansehung ihrer Forderungen, so ihnen wegen ihrer Lehen, Besoldungen, Einkommen, Nutzungen, Gebäude und Besserung, an die Eingepfarrten, oder Mitglieder der Commun, zu welcher die piae caussae gehörig, zustehen, zuförderst an ihre weltliche Obrigkeit und die Gerichtsherrn, woferne aber diese ihnen nicht zu dem Ihrigen verhelfen wollten, an die Consistoria sich zu wenden, und bei selbigen Hülfe zu suchen haben.* 2) *dass hingegen in allen andern Fällen, mithin auch wenn Beschwerden über die weltlichen Gerichte zu führen sind, der Kläger dem Foro des Deklagten zu folgen schuldig seyn soll.* Caeterum, vt hoc addamus, nonnunquam magistratus admonitos fuisse inuenimus, vt commendatos sibi haberent dotaes eosque contra iniustam vim et illicitas operarum extorsiones tuerentur. Sic apud ZIEGLERV M l. c. p. 255. pronunciatum legimus ab Adsefforibus Consistorii Wittebergensis anno 1597.: *In Sachen, die*

nicht alsbald durch unsers Synodi Befehl in Richtigkeit gebracht werden könnte, sondern die Sache besserer Erkundigung und Ausführung bedörft, dieselbe an die Consistorien, darunter sie gehörig, gewiesen werden soll.

d) Inscriptitur: Regulativ zu Ent-

scheidung der zwischen der geistlichen und weltlichen Gerichtsbarkeit vorhin obgewalteten Irrungen; reperitur in WILHELM FRIEDRICH KUNZENS Praktischer Anwendung der Kirchen Rechte in Chursächsischen Landen. Dresden 1789. 8. p. 15. sqq.

Pfarr Leute und Dotales, so von Altershero mit Zinsen und Diensten zu der Pfarr von Rotta seynd gewiedmet und gestiftet worden, deren zwey zu Rotta, und der dritte im Dorf Reuden gesessen sind, Klägere an einem, und dann dieser beiden Dörfer Einwohner Beklagte andern Theils bel. verabschieden wir, die verordneten des Churfürstlich Sächsischen Consistorii zu Wittenberg: Weil in der Churfürstlich Sächsischen alter und neuer Visitation Registraturen und Kirchen Ordnung klarlich verordnet, dass ermeldte Kläger ihrem Pfarrer treulich dienen sollen, so können auch dieselbe von den Beklagten nach Ordnung ermelter Registraturen, sonderlich aber der Churfürstlich Sächsischen Kirchen Constitutionen Beschluss und Befehlichen zu andern, ihrer Nachbarn Diensten nicht gedrungen noch gezogen werden. Sondern sollen hiermit dessen hinführo gänzlich befreyet und verschonet bleiben, jedoch, dass solche zu ihrer Kirchen und derselben Diener Häuser gleich dem ganzen Kirchspiel auch dienen helfen. Darüber dann ihr, der Amtschöffer, samt der Universität Verwalter, als dieses Kirchspiels Obrigkeit, die gedachten Dotales zu schützen und ihre beklagte Nachbaren bei Vermeidung ernster Strafe von ihrem unziemlichen Vornehmen abzuweisen sollet schuldig seyn. Verabschiedet, auch zu Uhrkund mit des Consistorii Insiegel besiegelt den 28 May anno 1597. — Ab hoc autem foro, de quo nunc locuti sumus, differt ipsum dotalium forum ecclesiasticum singulare, quod a dote ecclesiae ad dotales translatum, alterum eorum ius singulare efficit. Haud quidem ex ultima antiquitate hoc dotalium aequa ac in vniuersum dotis ecclesiasticae priuilegium repeti potest, cum primis ecclesiae temporibus omnino neque iudicia ecclesiastica extarent, neque vlla ecclesiae iurisdictio competenteret, potius omnis de personis et bonis ecclesiasticis cognitio penes principem esset. Incipiebant tamen, vt constat, sensim sensimque

episcopi sibi iurisdictionem in personas ecclesiasticas arrogare, et si re-
ges et principes peculiares Vicedominos et Aduocatos constituere
solebant, qui non tantum iura ecclesiae defenserent, sed etiam in liti-
bus super bonis ecclesiasticis exortis ius dicerent. Ad hanc rem refe-
renda videtur lex Longobardorum vndeclima lib. 3. tit. 1. e) *Volu-*
mus primo, ut neque Abbates, neque presbyteri, neque diaconi, neque sub-
diaconi, neque quislibet de clero, de personis suis ad publica vel ad saecula-
ria iudicia trahantur vel distringantur: sed a suis episcopis iudicati iusti-
tiam faciant. Si autem de possessionibus sive ecclesiasticis sive suis pro-
priis super eos clamor ad iudicem venerit, mittat iudex clamantem cum missio
suo ad episcopum, ut faciat ei per aduocatum iustitiam percipere. Si vero
aliqua inter eos orta fuerit intentio, quam per se pacificare non velint aut
non possint, tunc per aduocatum episcopi, qualem iussurit, causa ipsa ante
comitem veniat, vel iudicem, et ibi secundum legem finiatur. Nec perso-
nae modo iurisdictioni ecclesiae paruerunt, sed successu temporis etiam
bona ecclesiastica huic iurisdictioni subesse cooperunt, licet ab initio
non omnia quaeque, sed modo ea, quae ecclesiae in dotem data fue-
rant. Initio sic facto, mox et ii, qui donationes ecclesiis fecerant,
liberas esse voluerunt res donatas a iurisdictione saeculari, iisque in
chartis donationum hoc immunitatis ius vel ipsi concederunt, f) vel,

e) apud GEORGISCH in Corp.
Iur. Germ. ant. p. 1158.

f) Plura eiusmodi exempla extant
in NICOLAI CAMVZAT. *Anti-*
guitatibus ecclesiae Tricassinae v. c. de
Carolo Caluo, qui hanc immunita-
tem coenobio cuidam monialium his
concedit verbis: *Hoc autem praecipue*

ex auctoritate Dei omnipotentis, seu
nostra regali auctoritate interdicimus,
ut neque comes, neque aduocatus, ne-
que alia potens persona in omnibus
villis et possessionibus monachorum pla-
citum suum teneat, neque fredas exi-
git, vel aliquam distinctionem faciat,
neque homines S. Petri et S. Ber-

si in terris donatis iurisdictione ipsi non gauderent, principem vel Superiorem implorabant, g) ut hanc immunitatem confirmaret, quo facto nil domino pristino relinquebatur nisi cognitio de criminibus, quae ad forum ecclesiasticum non poterat trahi. Sic in instrumento permutationis inter Humbertum, dominum Bellijoci, et ecclesiam Cluniacensem transactae h) ita legitur: *In supradictis mansis cum hominibus et terris et eorum pertinentiis, nos nihil aliud retinemus, nisi in quolibet curtili unum jornale, et gardam et iustitiam adulterii, et furti, et homicidii, et effusionis sanguinis, cum enormi laesione factae.* Tot tanta- que incrementa cum auctoritas ecclesiarum sensim sensimque cepisset, non fieri potuit, quin omnis de causis ecclesiasticis, quibus in primis controuersiae ad bona ecclesiae dotalia adnumerantur, cognitio ad forum ecclesiasticum transferretur. Cum vero, vti iam supra exposuimus, serui et mancipia ecclesiae haud minimam dotis effecerint partem, non mirum videtur hos tanquam partem cum toto a iurisdictione saeculari exemptos, et ecclesiasticae subiectos fuisse. Quae cum ita sint, vix dubitandum erit, quin dotales singulari priuilegiatoque foro vtantur.

charii pro aliqua offensa, vel pro aliqua re bannum comiti in omni potestate sua petoluant.

g) Eiusmodi donationis et confirmationis exemplum legitur in A V BERTI MIRAEI *Donationibus Belgicis l. I. c. 8y.* vbi refert donationem Alidis dominae de Boular, quae inter alia haec verba continet: *Locum aurem praedictum et omnes eleemosynas, prout dictum est, eisdem collatas ab omni*

exactione, seruitio, et iustitia saeculari volui et firmaui liberas esse in perpetuum et exemptas. Accedit huic exemptioni auctoritas Superioris: *Et nos Margaretha coniuncta, praefata in eleemosynam et omnia alia in dictis litteris dominae de Boular comprehensa, grata et rasa habentes, tanquam terrae domina confirmamus.*

b) Exhibit hoc instrumentum ANDREAS QVERCETANVS in Biblioteca Cluniacensi p. 1510.

Atque eodem fori priuilegio dotales etiam in Saxonia frui, et prolixo probauit ZIEGLERVS l. c. Cap. XII. §. 34. sq. et colligi potest ex *ordinatione ecclesiastica* sub rubro *Von bryden Consistoriis zu Leipzig und Wittenberg* Art. VII. *Was Sachen in das Consistorium gehörig.* §. *Alle Sachen etc.* et sub tit. *wie weit sich des Synodi Amt, Erkänntniss und Verordnung erstreckte.* §. *Wie denn auch etc.* in *Cod. Aug. T. I. P. II.* p. 638. et 654. Vt autem commodorum illorum participes fieri possint, bene monente Zieglero l. c. p. 250. requiritur, vt vere conditio-
ne dotali praediti sint. Dotali autem conditione vti dicuntur, qui,
vel ad operas manuales ecclesiae parochoue praestandas, vel ad agros
parochiales gratis colendos, vel ad censum ex agris ecclesiasticis, qui-
bus tanquam possessores fruuntur, parocho, vel cum vel sine operis
ruralibus, persoluendum tenentur. Eadem fere ratione qualitas do-
talii definitur in rescripto regio d. 18. Jun. 1741. in causa derer *Pfarr Dotalen zu P. und I. contra C. R. de C.* ad Consistorium Lipsiense
missa, cuius verba iam supra §. 3. exhibuimus. Quodsi ad ultimam
vsque rei originem ascendere, et pristinum statum dotalium clarissimum
cognoscere nobis liceret, omnis haec de iuribus eorum quaestio facile
posset explicari. Sed cum saepe iudicium de conditione dotalium ex
similitudine eorum cum aliis seruis ecclesiae peti debeat, et dotalium
iura successu temporis varias mutationes passim subierint, res multo
fit impeditior. In singulis eiusmodi causis a lege communi interdum
discedatur necesse est. Quare ubi in controvrsiis de iurisdictione in
dotales, a patrono in primis motis, non satis constat de eorum condi-
tione et qualitate, maximie cauendum erit, ne vel iurisdictio ecclesiastica
iuris sui iacturam faciat, vel ex altera parte patrono ius aliquod,
quod ex pacto alioue iusto titulo sibi acquisiuit, immerito detrahatur.

Cum vero dotales ex qualitate fundi ecclesiastici, quem possident, soleant diiudicari, talis fundus autem ad forum ecclesiasticum pertinere praesumatur, in dubio pro iudice ecclesiastico pronunciatur, et ei, qui iurisdictioni suae dotales subiectos esse contendit, ut ius suum probet, iniungitur. Ita certe teste Zieglero l. c. C. XII. §. 38. pronunciarunt Consistoriales Wittebergenses d. 23. Nov. 1575. In Sachen *Hanssen von Staupitz zu Dabrun an einem, und Henrich Lidiken, Kirchen und Pfarr Mann daselbst am andern belangende verabschieden* Wir verordnete Commissarien des Consistorii zu Wittenberg: Weil dieser Pfarren und Kirchen Lehen dem Churfürsten zu Sachsen und Burggrafen zu Magdeburg, unserm gnädigsten Herrn, unvermittelt alleine gehörig, so hat auch ermelten von Staupitz ohne seiner Churfürstlichen Gnaden, oder unsfern, als derselben verordneten Commissarien Befehlich ermelten Pfarrer und Kirchmann auszupfänden nicht gebühret. Derowegen der von Staupitz demselbigen das genommene Pfand unverschmälert förderlichst hinwieder zustellen soll. Es wird Ihme aber, dem von Staupitz, hiermit vorbehalten, da er, wie Recht, in Sächsischer Frist darthun und erweisen könnte oder wollte, dass die Iurisdiction oder Bothmäßigkeit über sothanen Kirchenbauer Ihme zuständig und gehörig, damit soll er gehöret und zugelassen werden, und erginge alsdenn ferner, was Recht ist. Similem sententiam summi Prouocationum iudicii in causa I. H. L. v. G. contra die Kirche zu B. latam affert CRELLIUS in Dissertatione laudata §. 26. Hoc fori priuilegio, si regulam spectes, omnes omnino gaudent dotales, nulla plane originis habita ratione, ita tamen, ut, qui possessione praediorum ecclesiasticorum hanc induerunt dotalem conditionem, tunc modo priuilegiorum dotalium participes fieri videantur, quando ecclesia in alienatione praedii aliquid iuris sibi reseruauit, quod appetet ple-

rumque ex censibus operisue ecclesiae praestandis. ⁱ⁾ Aliter vero res se habet, si fundus, qui antea in ecclesiae patrimonio fuit, nullis plane seruitiis vel censibus reseruatis, pleno iure ad laicos translatus fuerit. Cum enim immunitas a iurisdictione saeculari non fundo sed ecclesiae inhaereat, mutata persona domini, qui erat causa priuilegii, ipsum etiam priuilegium extinguitur. — Neque tantum dotales ipsi, sed etiam liberi et famuli eorum conductitii, quid, quod adeo domestici, (*die Hausgenossen*) iudici ecclesiastico subsunt, quoniam aedes, quas inhabitant, foro priuilegiato vtuntur. Confirmant hanc sententiam et Responsum, quod exhibit BEYERVS in *Addit. ad Carpzouii iurisprudentiam Confistorialem p. 174.* et sententia iudicij summi Prouocationum in causa I. H. L. v. G. contra die Kirche zu B. anno 1753. lata, quam iam supra laudauimus, et cuius rationes decidendi hoc adscribere liceat: *Dieweiln etc. — die Pfarr Dotalen und deren Häuser, mithin auch die darinne wohnenden Söhne derer Dotalen, sowohl deren Hausgenossen in regula der geistlichen Iurisdiction unterworfen, gleichwohl aber Appellantin fol. 60. et 64. Act. App. auf ein Befugniß von denen Hausgenossen der Pfarr Dotaln zu B. Dienste zu fordern, sowol die Gerichtsbarkeit über dieselben, nicht minder über die Pfarr Dotaln selbst und deren Kinder zu exerciren, mit Beziehung auf verschiedene fol. 64. sqq. derer Akten specificirte actus sich beruffen, dessen Beweis derselben so schlechterdings nicht abgeschnitten werden mögen, So ist etc.*

Supereft, vt, quis iurisdictionem ecclesiasticam in dotales exerceat, videamus. Non vbique vero dotales Confistorio ipsi immediate subsunt, sed plerumque iudicio parochi, (*den Pfarrgerichten*) in omnibus causis

i) Idem etiam innuere videtur *Rescript. d. d. 6. Oct. 1617.* in C. A. I. 849.

ciuilibus subiecti sunt ibique et laudemia soluere et confirmationes praediorum impetrare tenentur. Constituitur hoc iudicium a parocho, aetuario, aut notario, iudice et scabinis paganis adscitis. Caeterum de his iudiciis parochialibus in vniuersum plane nil certi statui potest, sed cuiuslibet loci vsus attendendus est. Neque etiam ius, eiusmodi iudicia instituendi, parocho competere ita praesumitur, ut probatione non opus fit; potius si, vtrum iudici saeculari an parocho iurisdictio competit, disceptatur, hic se vnu et obseruantia eam sibi acquisuisse probare debet, et controuersiae ipsius decisio ad summum regimen Dresdense pertinet. Ita enim constituit nouissima decisio de anno 1782. ad Consistoria missa et nota d. laudata sub rubro: *den Punkt der Gerichtsbarkeit über die Pfarr Dotalen betreffend*, vbi legitur: *Für die Gerichtsbarkeit der Pfarrer über die Dotalen waltet weder eine Regel noch allgemeine Vermuthung vor. Vielmehr ist dabei hinführo das Herkommen jedes Orts zum Grunde zu legen, mithin der Pfarrer, wo er die Gerichte über die Dotalen hergebracht, dabey, ohne dass ein Unterschied unter dotales vere tales et inpropietotales statt finde, zu schützen. Ist aber die Gerichtsbarkeit streitig; so muss der Pfarrer, dass er solche hergebracht habe, zuförderst erweisen: Und die Cognition über den deshalb zu führenden Beweiss ist der Landes Regierung, als unter welcher auch die Pfarr Dotal Gerichte, gleich jeder andern, über Civil Sachen erkennen den Unter Instanz zu stehen haben, lediglich zu überlassen.* Caeterum olim, si interposita appellatione coram iudicio parochi causa ad iudicem superiorem erat delata, saepe disceptatum fuit, vtrum haec iudicia sint schriftsaistica an Amtsaistica, num ad regimen supremum, an ad Consistorium, tanquam superiorem iudicem, relatio sit facienda, donec anno 1782. per decisionem supra citatam §. 21. sub rubro: *die bezwei-*

felte Gerichtsbarkeit der Pfarr Dotal Gerichte betreffend, haec sancita fuerunt: dass die Pfarr Dotal Gerichte, wo sie erweislich hergebracht, sollen gleich jeden andern Gerichten, so lange bis nicht die Schriftsässigkeit beigebracht wird, als Amtssässig gehalten werden, und ihre Berichte in Gerichtsfällen an das Amt, worunter sie einbezirkt, erstatten. Aliter res se habet, si iudicia parochialia conditionem, qua soli principi subiecta censentur, et quam Schriftsassiatum vocant, idoneis argumentis comprobauerunt; tunc enim neque ad Consistorium neque ad circuli praefectum referunt, sed ad regimen summum, vel ad curias, (an die Landesregierung oder das Ober Hof und Hofgericht zu L. und W.) Id certe responsum tulit Consistorium Altenburgense a Consistorio Lipsiensi d. 11. Martii 1784: Gedachtes Forum ist lange Zeit zwischen der Landes Regierung und den Consistoriis hiesiger Lande streitig gewesen, im Jahr 1782. aber ist diese Irruung höhern Orts dahin entschieden worden, dass die Pfarr Dotal Gerichte, gleich jeden andern Gerichten, so lange, bis sie nicht die Schriftsässigkeit beigebracht, als amtsässig geachtet werden, und ihre Berichte in Gerichtsfällen an das Amt, worunter sie einbezirkt, erstatten sollen. Woraus denn ohne Zweifel folgt, dass die jeden andern Gerichten gleichgeachteten Pfarr Dotal Gerichte, wenn sie auch die Schriftsässigkeit beibringen, dennoch in besagten Fällen ihre Berichte nicht zu den Consistoriis, sondern zu den Regierungen, oder respectivue an das Ober Hof- und Hofgericht zu erstatten haben. Vbi vero eiusmodi iudicia parochialia non extant, Consistoriis subesse censentur dotales, nisi vel paetis transactionibusque singularibus, vel abusu, dolo et negligentia, saeculari, plerumque patroni iurisdictioni subiecti fuerint. Caeterum his singularibus foris modo in ciuilibus causis subsunt, iurisdictionem vero criminalem agnoscunt vel patroni, vel circuli, quem

incolunt, praefecti, ita, vt hodie in Saxonie ne de stupro simplici quidem cognoscant iudicia parochialia, ex normae saepius citatae constitutione, §. 20. sub rubro: die eines Pfarrers Nieder und Erbgerichten streitig gemachte Cognition in causa stupri betreffend, vbi legitur: Es bewendet bei der, durch die resolutiones grauaminum d. a 1769. tit. von Justiz und Polizei Sachen §. 4. ertheilten Entscheidung, dass die cognition in causis stupri simplicis nicht vor die Erbgerichte, sie mögen geistlich oder weltlich seyn, sondern vor die Ober Gerichte gehören. Sed haec de iuribus dotalium singularibus sufficient. Restat, vt, quomodo amittere alterutrum priuilegium, vel integra dotali conditione destitui possint dotales, paucis addamus.

§. 6.

Quibus modis dotalis conditio tollatur.

Sicuti in plerisque aliis rebus statum primitium successu temporis variis modis mutari atque interuerti videmus, ita etiam dotalium conditionem quibusdam in locis a primitus acquisita haud parum aberrare ac declinare constat. Ita, vt hoc vtar exemplo, plerique eorum iurisdictioni nobilium, siue in vniuersum praediorum equestrium possessorum, hodie subiecti sunt, neque amplius gaudent fori sui et reliquarum immunitatum priuilegiis. Cuius rei causam si disquirimus, appareat, plerumque dolo vel culpae possessorum praediorum et praefectorum, imo ipsorum parochorum nimiae erga patronos facilitati tribuendum esse, si dotales priuilegio suo nisi plane priuati, tamen in eius discrimin adiuncti fuerint. Varia huius rei exempla extant, quorum quaedam modo addamus, vt res clarior euadat. Nobiles scilicet et patronos elaborasse in eo, vt laudemium parocco fol-

vendum sibi arrogarent, disertis verbis docet saepius citata matricula Consistorii Wittebergensis d. a. 1555. in qua sub rubro *Ratsch* haec leguntur verba: *Dieser Mann ist des Gotteshauses Mann, und hat der Pfarr die Lehn von wegen des Gotteshauss. Aber die Edelleute wollens dem Pfarrer entwenden, und habens selbst geliehen, geben vor, sie seyn die obersten Lehnsherren, das doch nicht ist. Es ist aber das Lehn dem Churfürsten gehörig in Kloster Brena.* Sed non nobiles tantum, verum etiam praefecti circulorum saepe variis artibus dotalium conditionem interuertere iisque operas inponere conati sunt, ad quas praestandas vi priuilegii, quo eos vti docuiimus, iure nullo cogi poterant, adeo, ut parochi haud raro apud principem hac de causa queri coacti fuerint. Talem querelam litteris consignatam legimus in eadem matricula sub rubro *Mügeln*: *Der Pfarrer hat geklagt, dass er zweene eigne Bauern zur Pfarre habe, die Ihme dienen müsten, als zu Mögel, Matz Pubel, und zu Lindwerder Paul Struß, würden aber durch den Schöffer zu Schweinitz und den Schöffer zu Seida mit Herrn Diensten verhindert, dass sie Ihme seine Dienste nicht thun könnten.* Eiusmodi autem usurpatiōibus cum non tam rusticis dotalibus iniuria fiat, quam potius parochis ipsis, ad quorum quippe salario operaे dotalium ac reliquae eorum praestationes referendae sunt: horum etiam maxime interest, iura ecclesiae contra eos, qui ea minuere aut plane peruertere conantur, tueri et superioris auxilium implorare. Nec eiusmodi querelas, si iustae fuerint, effectu suo destitutas fuisse legimus, quod in ipsa de praefecto Schweinicensi et Seidensi a parocho Mugelensi mota evenisse apparet. Rescripsit enim Augustus Elector Praefecto Seidensi *Lorenz Peckstein* anno 1573. ita: *Lieber Getreuer, welcher gestalt sich an uns der Pfarrer zu Mügeln beklagt, dass seine zween Bauern zur Pfarr*

gehörig, wider alten Brauch mit den Pferde Diensten zu unserm neuen Schlossbau allhier belegt werden sollen, das hast du aus seiner Supplikation zu vernehmen. Weil wir denn nicht gemeynet, wider alten Gebrauch jemand beschweren zu lassen, so befehlen wir dir hiermit, da sie vor Alters niemanden, als dem Pfarrer zu fröhnen schuldig gewesen, du wollest sie nochmals dabei geruhig bleiben, und hinführo mit neuen Frohndiensten unbelegt lassen. Daran geschieht unsre Willensmeynung. Datum Annaburg d. 7. Okt. 1573. Longe grauius periculum dotalium immunitati imminet, si ipsi parochi nimis faciles vel negligentes, patronorum favoris captandi gratia, dotalium suorum operas sponte iis cedunt, quod vti plane illicitum est, cum nil rerum ecclesiasticarum alienare liceat, sine episcopi vel consistorii cognitione et consensu, ita parochi illi notam vix effugient. Factam esse eiusmodi iniustam cessionem a parocho Vcrensi, in matricula illa Wittebergensi legimus, qui, cum patrone ius operas a dotalibus per binas septimanas exigendi concessisset, patronus autem hac indulgentia ita abusus fuisset, vt singulis fere diebus operas exigeret, a munere sacro remotus fuit. Ita enim refert matricula: *Dieser Mann ist seinem Erbherrn F. U. M. gar nicht zu dienen schuldig. Es hat aber F. S. etwan dieser Pfarr Pastor, dem Junker zu gefallen, ohne Vorwissen der Herren Commissarien, des Consistorii zu Wittenberg, oder des Ampts Schlieben diesen Pfarrmann mit vierzehn Tagen Frohndiensten dem Junker nachgegeben, derhalben auch dieser Err Franz der Pfarr entsetzt ist, welchen Mann nun der Junker, neben den andern seinen Unterthanen daselbst, nicht öfter, denn schier alle Tage gebraucht, dass er also dem Pfarrer gar nicht dienen kann.* Denique ipsi dotales nonnunquam conditionis suae commoda haud satis aestuantes, atque in primis praediorum ecclesiasticorum, quae possident,

dominium affectantes, ausi sunt praedia illa, tanquam sibi propria, apud peraequatores census, vel praefectos profiteri, seque oneribus iurisdictionique saeculari sponte submittere, eo consilio ut obligatio dotalis exspiraret, sibique et heredibus suis fundus ille iure proprio comparatus intelligeretur. Forte hic dolus eorum, nisi detectus fuerit, occasionem interdum praebuit, ut nonnullorum dotalium conditio plane desineret, quid, quod quaedam bona ecclesiae immobilia plane desiderarentur. k) Matricula Consistorii Wittebergensis et huius doli a dotalibus commissi exempla praebet; v. c. de pago *Okeln* haec refert: *Hanss Koppe hat zwey Pfarrhufen, hat solche wollen vor eigen und Erbgüter inne haben, hat auch dieselbe als eigen im Amte Wittenberg angezeigt und verschatzt, so er doch überwiesen ist, dass solche zwey Hufen Lassgüter, derhalben Ihme untersagt ist, solche Hufen forthin nicht mehr zu verschatzen. Auch ist der Schöffer darumb angeredet worden, dass er dieselben Pfarrhufen aus dem Schatzungs Register wolle austhun, welches er zu thun gewilliget, und Hanss Koppen gescholten, dass er Güter hat verschatzen dürfen, die nicht sein eigen und erblich waren.* Nec tamen dotales modo solum illegitimo vel singula iura vel integrum suam conditionem perdere possunt, sed accidere etiam potest, ut modo legitimo vel saeculari iurisdictioni tantum subiificantur, vel etiam

k) Eiusmodi exemplum exhibit matricula Consistorii Wittebergensis sub rubro *Sandersdorf*: — *Auch ist zu Thalheim eine Pfarrhufen, welche vor Zeiten von andächtigen Leuten zur Pfarre testirt und von Bauern untergeschlagen ist, besage einer sehr alten*

Schrift in einem Pergamen Mess Buche, darinnen diese Wort nach vielen andern stehn: pro quibus laboribus est collata et attributa una mansa agri ad ecclesiam Talheim in fructum sacerdotum ibi habitantium, et in salutem fidelium animarum anno domini 1369.

omnem dotalem conditionem veluti exuant. Prius, vt scilicet iurisdictioni saeculari subiificantur dotales, fieri in primis potest pactis inter parochum et patronum, sed auctoritate iudicis ecclesiastici interposita, et accedente dotalium consensu initis, quibus vel iudicia parochialia tolluntur, vel aliud quid circa iurisdictionem in dotales statuitur. ¹⁾ Hic, cum ipsius contractus in primis ratio habenda sit, qui in tali causa erit cognoscendus, nihil fere in vniuersum statui potest. Posterius autem quod attinet, modis, quibus dotales conditionem suam plane amittunt, annumerari possunt interitus rei sive fundi, qui dotali qualitate praeditus erat, et eius alienatio in extraneum sine villa reseruatione ab ecclesia sancta. Quodsi enim dotalis ipse praedium illud vendidit, qualitas dotalis fundo inhaerens non exspirat, sed transit ad nouum eius possessorem. Res nimirum semper cum sua transit causa, ^{m)} et is, qui commodis fruitur, et onera subeat necesse est. Insuper praescriptione obligationes iuraque dotalium tolli posse, nemo facile negabit. Non autem, vti TENZELIVS in dissertatione supra laudata §. 7. sine iusta ratione statuit, immemorialis praecriptio requiritur, sed sufficit quadragenaria, quippe qua omnes res ecclesiae et immobiles et iura atque obligationes amitti possunt, ita tamen, vt intra quadriennium ecclesiae salua maneat restitutio in integrum. Denique

1) Singulare huius rei exemplum exhibet ROEMER in libro, quem inscripsit: *Statistik und Staats Recht von Sachsen*, Tom. 3. p. 195. nota 5. ubi refert: Ein Beispiel, wo ein Collator die Gerichtsbarkeit über die Dotal Bauern auszuüben bat, geben die adlichen Milkauischen Collatur Gerichte

zu Gros Milkau, welche von den dasigen adlichen Milkauischen Gerichten wol zu unterscheiden sind; die letztern gehören dem Erb- Lehn- und Gerichtsberrn zu Gros Milkau, die ersten dem Senior des adlich Milkauischen Geschlechtes, als dasigen Kirchen Patron.

m) CARPZ. L. II. Df. 307. n. 10.

et manumissione seruorum, qui ab initio ecclesiae ad agros colendos operasque praestandas mancipati fuerant, obligatio dotalis extingui potest. Licet vero olim ferui ecclesiae variis ritibus, quos prolixe expositos legimus a ZIEGLERO c. 9. §. 42. *sqq.* manumitterentur, eorumque manumissio plerumque in SS. Ecclesiis fieri soleret; hodie tamen hic obligationem dotalem perimendi modus vel plane non, vel rarissime certe occurrit. Caeterum vix aliae rationes, quibus vel personae vel praedia dotali conditione priuari queant, existere posse videntur; ac si quidem extent, facile ad vnam alteramue illarum, quas supra commemorauimus, referri posse existimo. Reliquis itaque missis, haec de dotalibus disquisitionem iam absoluere satius duxi, quam academi- ci libelli fines transgredi.

EMENDANDA.

Pag. 4. lin. 10. pro *unamini* leg. *vnamini*.

— 8. not. b. lin. 19. pro *habentem* l. *babente*.

— 12. not. s. lin. 6. pro: *canonemue* l. *canonemque*:

— 16. lin. 15. post *Frobnleure* adde: *der Pfarrer*.

— 24. not. i. lin. 14. pro *Gista* l. *Gisla*.

— 27. not. q. sub finem pro *erant et infra*: l. *erant*. et *infra*:

Coll. Sim. □ 142,23